UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita, doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

Απο Των Ωριγενους Εις Το Α,σμα Των Α,σματων. Ex Origenis Commentariis In Canticvm Canticorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

Visual Library

EX ORIGENIS
HOMILIA
in Pſalmum 82.

Interprete HENRICO VALESIO.

B Ἐλήλυθέ τις ὑπὲρ τοῦ παρόντος μέγα φρονῶν ὑπὲρ τοῦ δύνασθαι προσβάλειν γνώμης ἀθέου, καὶ ἀσεβεστάτης, κεκρυμμένης ἐλκεσαίτων, νεωστὶ ἐπεισαμένης ταῖς ἐκκλησίαις· ἐκείνη ἡ γνώμη οἷα λέγει κακὰ παραδόσομεν ὑμῖν, ἵνα μὴ συναρπάζηθε· ἀθετεῖ τινα ἀπὸ πάσης γραφῆς. κέχρηται ῥητοῖς παλαιοῖς ἀπὸ πάσης παλαιᾶς τε καὶ εὐαγγελικῆς. τὸν ἀπόστολον τέλεον ἀθετεῖ. φησὶ γὰρ ὅτι τὸν ἀρνήσασθαι ἀδιάφορόν ἐστι. καὶ ὁ μὲν νοήσας, τοῦ στόματι ἐν αὐτῇ ἀνάγκῃ ἀρνήσεται, τῇ δὲ καρδίᾳ οὐ· καὶ βίβλον τινὰ φέρουσιν, ὃν λέγουσιν οὐκ θεόπνευστον * καταπεπιστευκέναι, καὶ τὸν ἀκηκοότα ἐκείνης, καὶ πιστεύοντα, ἄφεσιν λήψεσθαι τῶν ἁμαρτημάτων, διάφορον ἄφεσιν παρ, ὃν χριστὸς ἰησοῦς ἀφῆκε.

* Vel. Secundum ter. Græcum.

Q Vidam nuper advenit de ſe ipſe magnificè ſentiens, vt pote qui impiam & nefariam Helceſaitarum opinionem, quæ adverſus Eccleſiam recens coorta eſt, poſſit defendere. Exponam autem vobis quæ & quanta perperam aſſerat hæc ſecta, ne forte vos ab illa abripi ſinatis. Ex vniverſo ſacræ Scripturæ canone quædam rejicit; quibuſdam vero vtitur teſtimonijs, tum ex Vetere Inſtrumento, tum ex Evangelio. Paulum quidem Apoſtolum integrum repudiat. Docet præterea indifferentem rem eſſe C Chriſtum abnegare; & eum qui ſapit, ore quidem tenus in ipſo diſcrimine negaturum eſſe, ſed non ex animi ſententia. Librum etiam proferunt, quem è cœlo delapſum affirmant: eoſque qui auſcultaverint illi, & crediderint, peccatorum veniam conſecuturos, & quidem diuerſam ab illa peccatorum remiſſione quam Ieſus Chriſtus impertijt.

ΑΠΟ ΤΩΝ ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΕΙΣ ΤΟ ΑΙΣΜΑ ΤΩΝ ΑΙΣΜΑΤΩΝ.

Ἐκ τοῦ εἰς τὸ ἆσμα μικροῦ τόμου, ὃν ἐν τῇ νεότητι ἔγραψεν.

EX ORIGENIS COMMENTARIIS IN CANTICVM CANTICORVM.

E parvo Tomo in Canticum, quem juvenis ſcripſerat.

Interprete IOANNE TARINO.

D Τῶν μὴ ἐξιλεφότων τὸ ἴδιωμα τῶν προσώπων τῆς θείας γραφῆς, τῶν τε λεγόντων, καὶ τῶν πρὸς ἃ ὁ λόγος, πολλὴν πρὸς σύγχυσιν τὰ λεγόμενα, ζητοῦντα τὸ λέγον πρόσωπον ὅ, τί ποτέ ἐστι, καὶ τὸ πρὸς ὃ ὁ λόγος ἐποιεῖ, τί πότε τὸ λέγον ἐπαύσατο πρόσωπον, τῷ πρὸς ὃ ἐστι * πολλάκις τηρουμένῳ, καὶ ἑτέρου πρὸς τὸ αὐτὸ λέγοντος, ἢ τῷ πρὸς ὃ ὁ λό-

* Vel. ὁ λόγος.

Q Vi non percepterit proprietatem perſonarum divinæ Scripturæ, tum earum quæ loquuntur, tum ad quas verba fiunt, multum illi perturbationis afferent quæ dicuntur, quærenti, quænam ſit perſona loquens, quænam eâ ad quam ſermo fit, cur deſierit perſona quæ loquebatur; cùm ſæpe cui verba fiunt reſervetur, & alia cum eâ ipſa loquatur, vel eâ ad quam erat ſermo

non ampliùs audiente, sed alterà dicta excipiente, cùm nihilominus maneat quæ loquebatur. Ambæ interdum mutantur, & ea quæ dicit, & cui dicitur: vel cùm vtraque diutiùs maneat, non apertè significantur manere. Quid autem opus est horum singulorum exempla quærere, cùm Prophetarum scripta ipsorum copiâ referta sint? Quæ caussa est non sanè levis cur obscuritas dictorum non dijudicetur. Est autem is Scripturæ mos, vt ab vno sermone ad alium illicò transiliat, idque obscurè ac confusè admodum Prophetæ faciunt.

A γος οὐκέτι ἀκούοντος, ἑτέρου δ' παραδεξαμένου τὰ λεγόμενα, μένοντος τοῦ λέγοντος· ἔστι δ' ὅτε μεταβαίνει ἀμφότερα, καὶ ὁ λέγων καὶ ὁ θεὸς ὃ ὁ λόγος, ἢ ὅτι πλέον μένοντα ἀμφότερα, ἡ σαφῶς δηλοῦται μένοντα· τί δὲ δεῖ τὰ παραδείγματα ζητεῖν ἑνὸς ἑκάστου τούτων πολὺ τῶν προφητικῶν πεπληρωμένων τῶν παραφορῶν αὐτῶν; ἣ οὐ καὶ αἰτία ἐστὶν οὐχ ἡ τυχοῦσα μὴ παρακινουμένης τῆς ἀσαφείας τῶν λεγομένων· ἔστι δὲ καὶ αὕτη σωνήθεια τῆς γραφῆς, ὁ ταχὺς μεταπηδᾶν ἀπὸ τοῦ B περί τινων λόγου εἰς τὸν περὶ ἑτέρων. καὶ τοῦτο ἀσαφῶς ποιεῖν καὶ συγκεχυμένως μάλιστα τοὺς προφήτας.

Rursus ex secundo Tomo Commentariorum in Canticum Canticorum.

Καὶ πάλιν ἐκ τοῦ β'. τόμου τῶν εἰς τὸ ἆσμα τῶν ᾀσμάτων.

Eodem interprete.

AD hæc quoque attende, quòd Sol, cùm clarus & lucidus sit, caussam habere videtur denigrandi, non per se, sed propter eum, qui, vt diximus, denigratur. Ita nunquam Dominus cor indurat Pharaonis, cum hujus indurationis in eo sit caussa, qui duris operibus Hebræorum vitam fatiget, luto, lateribus coquendis, & cunctis operibus; non ijs modò, quæ in montibus & collibus, sed etiam quæ in campis: suo enim vitio factus quodammodo materiatus, & secundum carnem omnimodis vivens, luto amicus, vult etiam Hebræos lutum macerare, qui principalem animi partem non haberet à luto puram: qui quidem, vt lutum à Sole induratur, sic à Dei radijs Israel inspicientibus induratus est. Quæ illius esse loci propria, nec nudam in eo historiam proponi, planum erit si quis animadvertat, cùm angerentur & ingemiscerent filij Israël, neque propter laterum officinam, neque propter lutum, neque propter paleas, sed propter opera ingemuisse: & ascendit clamor eorum ad Deum, non à luto, sed rursum ab operibus. Quare audivit Dominus gemitus ipsorum, non audiens gemitus eorum, qui non ab operibus, sed à luto & terrenis actionibus ad ipsum clamabant.

ΠΡόσχες δὲ καὶ τούτοις, ὅτι ὁ ἥλιος λαμπρὸς καὶ λαμπρὸς ὤν, δοκεῖ τινὰ αἰτίαν C ἔχειν τοῦ μελανοῦν, οὐ περὶ ἑαυτόν, ἀλλὰ περὶ τὸν, ὡς ἀποδεδώκαμεν, μελανόμενον· ὅτι οὐ καὶ μήποτε σκληρυνεῖ κύριος τὴν καρδίαν Φαραὼ τῆς αἰτίας τούτου ὄσης περὶ αὐτὸν καταδυναστεύοντα τὸν τῶν ἑβραίων βίον ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς σκληροῖς, τοῦ πηλοῦ, καὶ τῇ πλινθείᾳ, καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις. οὐχὶ καὶ τοῖς ἐν ὄρεσι καὶ βουνοῖς, ἀλλὰ τοῖς ἐν πεδίοις· ὑλικὸς γὰρ τὶς ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ κακίας γεγενημένος, καὶ κατὰ σάρκα κατὰ πάντα ζῶν, πηλῷ φίλος τυγχάνων, βούλεται καὶ τοὺς ἑβραίους πηλοποιῆσαι, ὃ ἡγεμονικὸν ἔχων οὐ καθαρὸν πηλοῦ· ὅσαπερ ὡς πηλὸς ὑπὸ τοῦ ἡλίου σκληρυνθέντα, οὕτως ὑπὸ τῶν αὐγῶν τοῦ θεοῦ ἐπισκοπουσῶν τὸ ἰσραὴλ ἐσκληρύνθη· ὅτι δὲ τοιαῦτά ἐστιν ἐν τοῖς κατὰ τόπον, καὶ οὐχ ἱστορίαν ψιλὴν παρεκείμην ἀναγράφειν, δῆλον ἔσται τῷ ἐπιστήσαντι, ὅτι νενίκα κατεστέναξαν οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ, οὔτε ἀπὸ τῆς πλινθείας, οὔτε ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, οὔτε ἀπὸ τῶν ἀχύρων κατεστέναξαν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν D ἔργων· καὶ ἀνέβη ἡ βοὴ αὐτῶν πρὸς θεόν, οὐκ ἀπὸ πηλοῦ, ἀλλὰ πάλιν ἀπὸ τῶν ἔργων· καὶ ἐισήκουσε κύριος τῶν στεναγμῶν αὐτῶν. οὐκ εἰσακούων στεναγμοῦ τῶν οὐκ ἀπὸ ἔργων βοώντων πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ ἀπὸ πηλοῦ καὶ τῶν γηΐνων πραγμάτων.

κ. ἐστὶ

κ. ὑπὸ κ. ἐστὶ τῶν

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΙΕΡΕΜΙΑΝ

ΟΜΙΛΙΑΙ ιθ'.

ΟΜΙΛΙΑ α'.

Τὸ ῥῆμα τοῦ θεοῦ ὃ ἐγένετο ὅτι ἱερεμίᾳ τῷ τοῦ χελκίου. ἕως τοῦ ἑξῆς.

ORIGENIS IN PROPHETAM IEREMIAM

HOMILIÆ XIX.

HOMILIA I.

(*juxta Hieronymum I.*)

Verbum Dei quod factum est ad Ieremiam filium Cheleiæ. &c. Ierem. 1. 1.

Interprete S. HIERONYMO.

Ὁ θεὸς εἰς ἀγαθοποιΐαν προχειρός ἐστιν, εἰς δὲ τὸ κολάσαι τοὺς ἀξίους κολάσεως μελλητής· διωάμενος γοῦν ἐπάγειν τοῖς κολάσεσι τοῖς ἐπ' αὐτῷ καταδικαζομένοις μὴ σιωπῇ, μὴ τοῦ μὴ προσδιαμαρτύρασθαι, οὐδαμῶς τοῦτο ποιεῖ· ἀλλὰ κἂν καταδικάζῃ, προλέγει αὐτῷ τὸ προκείμενον, ὅτι πᾶν ὑπερβάλλον ἀπὸ τῆς καταδίκης τὸ καταδικασθησόμενον· τούτων μὲν παραδείγματά ἐστι παρὰ τῶν γραφῶν λαβεῖν πολλά. ὀλίγα δὲ προσαξῶ μόνον τὰ ὅτι τοῦ παρόντος ἐπιστήσοντα, ἵνα ἐλθῶμεν καὶ ὅτι τὸ σκοπὸν τῶν προκειμένων ἀναγωγισμάτων· οἱ νινευῖται γὰρ ἁμαρτωλοὶ ἐγεγένησαν, καὶ καταδικασθησαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ· ἔτι τρεῖς ἡμέρας, καὶ ἔμελλε νινευὴ καταστρέφεσθαι· οὐκ ἐθέλων εἶπεν ὁ θεὸς καταδικάσαι αὐτοῖς. ἀλλὰ διδοὺς αὐτοῖς τόπον μετανοίας καὶ ὑπεροφῆς ἔπεμψεν ἱερεμίαν προφήτην, ἵνα εἰπόντος αὐτοῖς· ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ νινευὴ καταστραφήσεται, οἱ καταδεδικασμένοι μὴ καταδικασθῶσιν, ἀλλὰ μετανοήσαντες τύχωσι τοῦ ἐλέους τοῦ θεοῦ· οἱ δὲ σοδόμοις καὶ γομόῤῥοις ὄντων καταδεδικασμένοι, ὡς δῆλον οὐκ ἐν τοῖς λόγοις τοῦ θεοῦ τοῖς πρὸς τὸν ἀβραὰμ. ἀλλ' ὅμως τοῦ αὐτῶν πεπίκραν οἱ ἄγγελοι, θέλοντες σώζεσθαι τοὺς μὴ θέλοντας σώζεσθαι, λέγοντες τοῦ λώτ· εἰσί τινές σοι ὧδε γαμβροὶ, ἢ υἱοὶ, ἢ θυγατέρες; οὐκ ἀγνοοῦντες ὅτι οὐχ ἕνεκα ἐκείνου τοῦ λώτ, ἀλλὰ ποιοῦντες τοῦ τῆς τοῦ πέμψαντος αὐτοὺς χρηστότητος καὶ φιλανθρωπίας· τὸ ὅμοιον εὑρήσετε καὶ ὅτι τῷ κυρίῳ τῷ ἱερεμίᾳ· ἀναγράψει ὁ χρόνος τῆς προφητείας αὐτοῦ, πότε ἤρξατο, καὶ μέχρι πότε προεφήτευσεν· εἶτα ὁ ἀντιγράφων, ἐὰν μὴ προσέχῃ τῇ ἀναγνώσει, μηδὲ ἐξιστάσῃ τὸ

DEus ad beneficiendum promptus est: ad puniendos autem eos qui pœnâ digni sunt, dissimulat. Cum possit quippe tacens sine contestatione venturi punire eos quos semel dignos supplicio judicavit, nunquam hoc facit: sed etiam si condemnaverit, dicit quod sibi semper dicere propositum est, vt liberentur à condemnatione per pœnitentiam, qui condemnati fuerant per delictum. Horum exempla cum de Scripturis multa possimus accipere, sufficiunt ad præsens incidentia, vt veniamus ad eorum quæ lecta sunt, contemplationem. Ninivitæ peccatores condemnati erant à Deo: *Adhuc enim tres dies, & futurum vt Ninive subvertatur.* Noluit Deus cum silentio punire damnatos, sed dans eis locum pœnitentiæ & conversionis, misit ad gentes Hebræorum Prophetam; vt dicente illo: *Adhuc tres dices, & Ninive subvertetur*, qui condemnati fuerant, non perirent: sed agentes pœnitentiam, impetrarent misericordiam Dei, qui in Sodomis & Gomorrhis jam erant exitio destinati, vt manifestum est ex sermonibus Dei, quos locutus est ad Abraham: attamen quod erat suum, fecerunt Angeli, volentes eos salvare qui se indignos salute judicaverunt, hæc dicentes ad Lot: *Est tibi hic aliquis gener, aut filij, aut filiæ?* Neque enim ignorabant non esse eos secuturos Lot, sed ostenderunt suam pariter, & ejus qui eos miserat, benignitatem in homines & amorem. Horum quiddam simile invenimus & in Hieremia scriptum esse: est enim annotatum tempus Prophetiæ ejus, quando cœpit prophetare, & quousque. Ergo qui Scripturas legit, si

Ion. 3. 4.

Gen. 19. 12.

lectioni diligenter intendat, & requirat eorum quę ſcripta ſunt voluntatem, dicere poteſi * ex hiſtorię ſuperſcriptione, quo tempore Ieremias exorſus ſit, & quo conſummaverit Prophetiam. Quid igitur ad me tempus hiſtorię? Legens didici, quia cœperit prophetare in diebus Ioſiæ filij Amos regis Iuda, vſque ad annum tertium decimum regni ejus; deinde prophetaverit in diebus Ioachim filij Ioſiæ, regis Iuda, vſque ad conſummationem vndecimi anni Sedecię filij Ioſię, regis Iuda. Et legens didici quia per tres reges prophetia ejus contempta ſit, vſque ad captivitatem Hieruſalem in quinto menſe. Quid ergo docemur per hæc, ſi lectioni ſimus intenti? Condemnaverat Deus Hieruſalem propter peccata quæ fecerat, & hæc erat extrema ſententia, vt captivitati * relinqueretur. Verumtamen cum hominum ſit amator, nec quemquam velit perire, antequam depopulationis tempus inſtaret, miſit & hunc Prophetam, vt per ſermones ejus ad pœnitentiam * converteretur; miſit eundem & ſub ſecundo rege poſt primum, miſit quoque ſub tertio. Quid plura? jam captivitas imminebat, & adhuc adhortabatur Deus tribuens (vt ita dicam) & ante vnam diem locum pœnitentiæ: vnde ſcriptum eſt, vſque ad captivitatem Hieruſalem, & vſque ad quintum menſem prophetaſſe Hieremiam. Iam hoſtium vincula reſtrinxerant manus, & nihilominus hæc quodammodo dicebat Deus: Ecce captivi facti eſtis: agite, licet ſero, pœnitentiam: rogate me, & parcam vobis: poſſum eruere de captivitate, qui tradidi. Habemus itaque * quædam neceſſaria ex ſuperſcriptione iſta, quæ continet tempora prophetiæ, quia juxta ſuam clementiam exhortatur Deus ſemper homines ad ſalutem, vt ceſſante delicto etiam captivitas conquieſcat. Hæc autem & de nobis poſſumus intelligere: ſi peccaverimus, & nos captivi futuri ſumus. Etenim tradi peccatorem Satanæ, nihil diſtat ab eo quod Iudæi ſunt traditi Nabuchodonoſor. Vtque illos Deus conceſſit adverſario, propter frequentes impietates; ſic nos propter peccata quæ fecimus, tradimur ſpiritali Nabuchodonoſor: & quos tradidi, inquit, Satanæ, vt diſcant non blaſphemare, Apoſtolus de alijs peccatoribus. Puta quantum malum eſt peccare, vt * tradamur Satanæ captivanti animos eorum qui relinquuntur à Deo. Non ſine cauſa autem, neque ſine judicio * Deus relinquit quos deſerit. Cum enim miſerit pluviam ſuper vineam, & vinea pro vua attulerit ſpinas, quid faciet niſi vt mandet nubibus, ne pluant ſuper eam imbrem? Quapropter in proximo eſt propter delicta noſtra, quorum nobis conſcij ſumus, & nos captivari. Futurum eſt enim,

* MSS. R. hiſtoria ſuperſcripta eſt, quo

* MS. R. relinquerentur

* MS. converteretur

* MS. R. quiddam neceſſariũ

1. Cor. 5. 5.

1. Tim. 1. 20

* MS. R. tradar. al. tradat

* MS. R. Dei relinquentis al. Deo relinquente

A βούλημα τῶν γεγραμμένων ἀναγνωσμάτων, ἐρεῖ ὅτι ἱστορία ἐστί, καὶ γέγραπται πότε ἤρξατο προφητεύειν ἱερεμίας, καὶ μέχρι πόσου προφητεύσας χρόνον κατέλυσε προφητεύων· τί οὖν πρὸς ἐμὲ αὕτη ἡ ἱστορία; ἀνέγνων ἔμαθον ὅτι ἤρξατο προφητεύειν ἐν ἡμέραις ἰωσίου, υἱοῦ ἀμὼς, βασιλέως ἰούδα, ἕως ἔτους τρισκαιδεκάτου ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ· εἶτα ἐγένετο ἐν τῇ ἡμέραις ἰωακεὶμ, υἱοῦ ἰωσίου, βασιλέως ἰούδα, προφητεύων ἕως τῆς συντελείας τοῦ ἑνδεκάτου

B ἔτους σεδεκίου, υἱοῦ ἰωσίου, βασιλέως ἰούδα. καὶ ἔμαθον ὅτι τοῦ τρίτου βασιλεῖς ἡ προφητεία αὐτοῦ συνεξέτεινεν, ἕως τῆς αἰχμαλωσίας ἱερουσαλὴμ ἐν τῷ πέμπτῳ μηνί· τί οὖν διὰ τούτων διδασκόμεθα, ἐὰν προσέχωμεν τῇ ἀναγνώσει; κατεδίκασεν ὁ θεὸς τὸν ἱερουσαλὴμ σὺν τοῖς ἁμαρτήμασι αὐτῆς, καὶ ἦσαν κριθέντες εἰς αἰχμαλωσίαν ἐγκαταλφθῆναι. ὅμως ὁ φιλάνθρωπος θεὸς ἐνεσκόπτος τοῦ καιροῦ πέμπτῃ καὶ τοῦτον τὸν προφήτην ἀνωτέρω τρίτος βασιλείας

C τοῦ ὅτι τῆς αἰχμαλωσίας. ἐδίδου γὰρ ἀνοχὴν ὁ μακρόθυμος θεὸς, καὶ πρὸ μιᾶς ἡμέρας, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, τοῦ αἰχμαλωσίας, προτρέπων μετανοεῖν τοὺς ἀκούοντας, ἵνα παύσωσι τῶν τῆς αἰχμαλωσίας ἱερουσαλὴμ, προεφήτευσεν ἱερεμίας ἕως τοῦ πέμπτου μηνὸς * ἤρξατο ἡ αἰχμαλωσία, καὶ ἔτι προεφήτευεν οὗ λέγων· αἰχμάλωτοι γεγένησθε, κἂν ὕστερον μετανοήσητε. μετανοησάντων γὰρ ὑμῶν ὁ προσκαλεῖται τοῦ αἰχμα-

D λωσίας, ἀλλὰ τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ βεβαιοῦται ὑμῖν· ἔχομεν δὲ χρήσιμον ἀπὸ τῆς ἀναγραφῆς ἐχόντων τοὺς χρόνους τοῦ προφητείας, ὅτι προτρέπει τοῦ φιλανθρωπίαν ἑαυτοῦ ὁ θεὸς τοὺς ἀκούοντας μὴ πάσχειν τῶν τῆς αἰχμαλωσίας. τοιαῦτα καὶ περὶ ἡμᾶς ἐστιν. ἐὰν ἁμαρτάνωμεν, αἰχμάλωτοι καὶ ἡμεῖς μέλλομεν γίνεσθαι· τὸ γὰρ παραδοθῆναι τοῦ πονηροῦ τῷ σατανᾷ, οὐδὲν διαφέρει τοῦ παραδοθῆναι τοὺς ἀπὸ ἱερουσαλὴμ τῷ ναβυχοδονόσορ· ὡς γὰρ ἐκεῖνοι παρεδίδοντο

E διὰ τοῦ ἁμαρτίας ὄντι ναβυχοδονόσορ * *, καὶ οὗς παρέδωκε τῷ σατανᾷ. ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν, φησὶ περὶ ἄλλων ἁμαρτωλῶν ὁ ἀπόστολος· ὅρα δὲ πηλίκον κακόν ἐστι τὸ ἁμαρτάνειν, ἵνα παραδοθῶσι τῷ σατανᾷ, αἰχμαλωτίζοντι τὰς ψυχὰς τῶν ἐγκαταλελειμμένων ὑπὸ θεοῦ. οὐκ ἀναιτίως δὲ καὶ κρίσει ἐγκαταλιπόντος θεὸς οὓς ἐγκαταλείπει· ἐπὰν γὰρ πέμψῃ τὸ ὑετὸν ὅτι τὸν ἀμπελῶνα, ὁ δὲ ἀμπελὼν φέρῃ αὐτῷ σταφυλὴς ἀκάνθας, τί ποιήσει ὁ θεὸς; ἢ ταῖς νεφέλαις ἐντελεῖται τοῦ μὴ βρέξαι ὑετὸν

* ἐν τῷ ἑξῆς

ὅπῃ τὴν ἀμπελῶνα; ἐπικείσεται δὲ ἡμῖν ἀφ' ἑκάστης ἡμῶν καὶ ἡμῖν ἀγχαλωσία, καὶ μέλλομεν παραδίδοσθαι, ἐὰν μὴ μετανοῶμεν, τῷ ναβυχοδονόσορ καὶ τοῖς βαβυλωνίοις, ἵνα ἡμᾶς ἀπεργάζωσιν οἱ νυνὶ βαβυλώνιοι· ἐπικειμένων τόνων, οἱ λόγοι τῶν προφητῶν, οἱ λόγοι τῶν νόμων, οἱ λόγοι τῶν ἀποστόλων, οἱ λόγοι τοῦ κυρίου, καὶ σωτῆρες ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, λέγουσιν ἡμῖν περὶ μετανοίας, παρακαλοῦσιν ἡμᾶς εἰς ὑπεροχὴν· ἐὰν ἀκούσωμεν, πιστεύωμεν τῶν εἰρηκότι. μετανοήσω καὶ γὰρ περὶ πάντων τῶν κακῶν ὧν ἐλάλησα τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς· ταῦτα μὲν οὖν ὁ προοίμιον· μετὰ δὲ ὁ προοίμιον γέγραπται ὅτι ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς αὐτόν, δῆλον ὅτι τὸν ἱερεμίαν· τί δὲ λέγει ὁ λόγος τοῦ κυρίου πρὸς αὐτόν; ἐξαίρετον παρὰ τὸ εἰρημένον πρὸς τοὺς λοιποὺς προφήτας· τοῦτο γὰρ πρὸς οὐδένα εὑρομεν τῶν προφητῶν εἰρημένον· ἀβραὰμ προφήτης ἐχρηματίσθη ἐν τῷ· προφήτης ὑπάρχει, καὶ προσεύξεται περὶ σου· καὶ οὐκ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ θεός· πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ ἐπίστασαί σε, καὶ πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας ἡγίακά σε. ἀλλὰ ὕστερόν ποτε ἠγιάσθη ὁ ἀβραὰμ, ὅτε ἐξῆλθεν ἐκ γῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· ἐξ ἐπαγγελίας γεγέννηται ὁ ἰσαὰκ, καὶ οὐχ εὑρομεν οὐδὲ πρὸς αὐτὸν τοῦτον λεγόμενον τὸν λόγον· καὶ τί με δεῖ καταλέγειν τὰς ἑξῆς; ἱερεμίας ἐξαίρετος εἶχε δωρεαὶ, πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ ἐπίστασαί σε, καὶ πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας ἡγίακά σε· οὐκ ἀγνοοῦμεν ὅτι ταῦτα ἀναφέρουσί τινες, ὡς μείζονα ἱερεμίαν, ὅτι τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν· καὶ ἰσέον ὅτι τὰ μὲν πολλὰ ἀπὸ σωμάτων δεῖ, καὶ δυνάμεσι ἀναφέρεσθαι ὅτι τὸν σωτῆρα, ἃ προσθήσομεν. ὀλίγα δὲ τινα πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐφαρμόσαι τῷ σωτῆρι· τίνα οὖν ὑπάρχει τὰ ἐφαρμόζοντα τῷ σωτῆρι; πρὸς πάντας, οὓς ἐὰν ἐξαποστείλω σε, πορεύσῃ. καὶ πάντα ὅσα ἐὰν ἐντείλωμαί σοι λαλήσεις· μὴ φοβηθῇς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν. ὅτι μετὰ σοῦ εἰμι τοῦ ἐξαιρεῖσθαί σε. λέγει κύριος· ὅπου πάντα ἐναργῶς πρὸς τὸν σωτῆρα δόξαν ἀναφέρεσθαι, τὰ ἑξῆς δὲ· καὶ ἐξέτεινε κύριος τὴν χεῖρα αὐτοῦ πρὸς με, καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου, καὶ εἶπε κύριος πρὸς με· ἰδοὺ δέδωκα τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα σου· ἰδοὺ καθέστακά σε σήμερον ὅτι ἔθνη καὶ βασιλείας, ἐκριζῶν καὶ καταστρέφειν· ἱερεμίας ποῖα ἔθνη ἐξεριζώσει; ποίας καταστρέψει βασιλείας; γέγραπται γὰρ· ἰδοὺ καθέστακά σε σήμερον ὅτι ἔθνη καὶ βασιλείας, ἐκριζῶν καὶ καταστρέφειν· ποῖον οὖν εἶχεν ἐξουσίαν ὁ ἱερεμίας εἰς τὸ ἀπολλύειν; ὅταν εἴρηται

A vt tradamur, si non egerimus pœnitentiam, Nabuchodonosor, atque Babylonijs, qui nos sensibiliter excrucient. Istis jam adjacentibus sermones Prophetarum, sermones Legis, sermones Apostolorum, sermones etiam Domini & Salvatoris nostri Iesu Christi hortantur ad pœnitentiam, provocant ad salutem. Si autem audierimus, credimus ei qui dixit: *Et ego pœnitentiam agam de omnibus malis, quæ locutus sum facere eis.* Ieremi. 18. 8. Et hæc quidem in Prooemium. Post Prooemium autem ita scriptum est: *Factus est Domini sermo ad eum*: certum est quia ad Hieremiam. Quid dicit sermo Domini ad eum? B præcipuum ab omnibus quæ Prophetis dicta sunt cæteris. Hoc enim numquam ad vllum Prophetarum dictum invenimus. Abraham Propheta nuncupatus est, in eo quod dicitur: *Propheta est, & orabit pro te:* Gen. 20. 7. & tamen non dixit ad eum Deus: *Priusquam te plasmarem in vtero novi te, & priusquam exires de vulva sanctificavi te.* Ieremi. 1. 5. Sed postea in extremo jam tempore sanctificatus est Abrahàm, quando egressus est de terra Gen. 12. 1. sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui. C Ex repromissione natus est Isaac, & tamen neque ad eum reperimus hunc dictum esse sermonem. Et quid me necesse est per singulos currere? Hieremias præcipuum inter cunctos consecutus est donum, dicente Domino: *Priusquam te plasmarem in vtero, novi te: & priusquam exires de vulva sanctificavi te.* Neque vero ignoramus quosdam esse qui ista referant, quasi major sit Hieremia, super Salvatore nostro & Domino Iesu Christo: sciendumque plurima ex his esse quæ possunt Salvatori convenire, quæ etiam nos interponemus. Pauca autem D [eorum quæ ad Hieremiam dicta sunt, coarctant intellectum, quasi non possint] vt plures existimant, ad Dominum referri. Quæ sunt ergo quæ possunt convenire Domino? Ieremi. 1. 7. 8. *Ad omnes ad quoscumque mittam te, ibis, & omnia quæ mando tibi loqueris. Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum, vt eruam te: dicit Dominus.* Nec dum ista otiose videntur ad Salvatorem referri: ea vero quæ sequuntur: *Extendit Dominus manum suam ad me,* Ieremi. 1. 9. 10. *& tetigit os meum, & dixit Dominus ad me: Ecce dedi sermones meos in os tuum; ecce constitui te hodie super gentes & regna, eradicare,* E *& disperdere:* [de Hieremia difficilem faciunt interpretationem:] quas enim gentes eradicavit Hieremias? quæ regna subvertit, vt merito ei dictum sit: *Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna eradicare, & suffodere?* quam habuit potestatem ad disper-

dendum, vt audierit: *& disperdere?* * Quænam vero ædificavit, vt consequenter addatur, *ædificare?* Hieremias dixit: *Non profui, neque profuit mihi aliquis*, & quomodo data est ei ædificatio atque plantatio? Hęc, vt diximus, ad Salvatorem relata non coarctant interpretantem. Hieremias enim in istis Salvatoris figura est. Sed & ea quæ sequuntur, & doctissimo homini difficultatem expositionis important, quomodo possint congruere Domino: *Et dixi:* * *Quis es dominator Domine, ecce nescio loqui.* Qui est sapientia, qui est virtus Dei, in quo plenitudo divinitatis inhabitat corporaliter, quomodo huic aptari potest: *Nescio loqui?* Sed & illud: *Quia invenis ego sum*: interdicitur * enim quasi non bene responderit. Si etenim ei dicit Dominus: *Noli dicere quia juvenis sum*, manifestum est quasi non bene dicentem fuisse reprehensum. Hæc sunt quæ Salvatori videntur non convenire. Superiora autem facili intellectu ad eum referuntur. Dicere vero alia super Hieremia, alia super Salvatore interpretanda esse, non pessimum est. Sed qui bene Scripturas nosse conatur, vehementer in isto instabit loco, videns sub vno textu sermonis dividi intellectum, & dici hæc, quoniam minora sunt, non conveniunt Salvatori, sed Hieremiæ: illa vero, quoniam majora sunt, non Hieremiæ, sed Christo. Ob id cuncta nos ad Hieremiam referre tentabimus: hoc est, & ea, quæ quum majora sint, videntur conditionem eius excedere. Quicunque à Deo accepit verba, sumens gratiam cœlestis eloquij, idcirco ea accipit, vt regna, gentesque eradicet atque subvertat. Sed quum nominentur gentes, & regna, omnis qui divina verba suscipit, nolo eum corporaliter intelligere regna, & gentes, sed considerans animas hominum regnatas à peccato, iuxta id quod in Apostolo scriptum est: *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore*: videns quoque multas species delictorum, allegorizet regna, & gentes per varia delicta, quæ humanas animas possederunt: & hæc erunt quæ evellentur atque suffodientur à sermonibus Dei, qui dati sunt sive Hieremiæ, sive cæteris sanctis. Ita fiet vt prima quæ non videbantur congruere Salvatori, ad Hieremiam referantur; & secunda ab eo qui scit * figurate dicta quæ dicta sunt, Hieremiæ deputentur. Dicet mihi aliquis auditorum, etiam alium pande sermonem, & cuncta quæ seri-

* MSS. R. Quos vero ædificavit

* MS. R. Quid est. Leg. Qui es

Jerem. 1. 6.

Coloss. 2. 9.

* MSS. R. ei

Rom. 6. 12.

* MSS. R. figurate quę dicta sunt

A ὡς πρὸς ἱερεμίαν ἐν τῷ καὶ ἀπολλύειν· τίνας
ἢ τοσούτους ᾠκοδόμησεν ἱερεμίας, ἵνα λέγῃται
καὶ ἀοικοδομεῖν; ἱερεμίας φησίν· οὐκ ὠφέ-
λησα, οὐδὲ ὠφέλησέ με οὐδείς. πῶς δὲ δέ-
δοται αὐτῷ τὸ οἰκοδομεῖν καὶ καταφυτεύειν;
πῶς ὅτι τῷ ἱερεμίᾳ ἐφαρμόσει τὸ καταφυ-
τεύειν; ταῦτα ὅτι τῷ σωτῆρι ἀναφερόμενα ἐ-
θλίβει τὸν ἑρμηνεύοντα. ἔτι ὁ ἱερεμίας ἐν τύ-
πῳ σύμβολον τοῦ σωτῆρός ἐστι· τὰ ἢ πρῶτα
ἐνδηλοτάτου πάνυ θλίβει καὶ τὸν πάνυ σπουδῆ,
B βουλόμενον δεῖξαι πῶς καὶ ταῦτα δυνάται ἁρ-
μόσαι ὅτι τὸν σωτῆρα· καὶ εἶπα· ὁ ὢν δέσπο-
τα κύριε, ἰδοὺ οὐκ ἐπίσταμαι λαλεῖν· ὅστις ἐστὶ
σοφία, ὅστις ἐστὶ δυνάμις θεοῦ, ὃς ἤνεγκεν
ἡμῖν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, ὃ κατῴκησεν
ἐν αὐτῷ σωματικῶς. πῶς ἂν δυνάσαι ἁρμό-
ζειν τὸ, οὐκ ἐπίσταμαι λαλεῖν, τῷ σωτῆρι;
ἀλλὰ καὶ τό· νεώτερος ἐγώ εἰμι, ἀπαγορεύει
πρὸς τὸν σωτῆρα, ὡς λέγοντα αὐτὸν οὐ κα-
λῶς· εἰ γὰρ αὐτῷ λέγει ὁ κύριος· μὴ λέγε τό-
C δε, δῆλον ὅτι οὐ καλῶς λεγόμενον ἀπαγορεύει
αὐτόν· οὐχ ἁρμόζει ἐν τούτοις ἐπὶ τὸν σωτῆρα.
ἐκεῖνα δοκεῖ δυσωπεῖν ἐπὶ τὸν σωτῆρα· εἰπὼν
ἢ ὅτι ταῦτα μὲ ἐπὶ τὸν ἱερεμίαν ἀναφέρεται,
ἐκεῖνα ἢ ἐπὶ τῷ σωτῆρα, οὐ χαλεπόν· ὁ
μέντοι δυνάμενος πάνυ θλιβήσεται ἐν τῷ τό-
πῳ, ὁρῶν ὅτι τὸ διακόψαι ἐν εἱρμῷ λόγων
λόγους εἰρημένους εἴτε πρὸς τὸν ἱερεμίαν, εἴτε
πρὸς τὸν σωτῆρα. καίτοι λέγειν ταῦτα, οὐ τῷ
χριστῷ, ἀλλὰ τῷ ἱερεμίᾳ ἁρμόζειν· καὶ ταῦ-
D τα, ἐπεὶ μείζονά ἐστιν ἱερεμίου, οὐ τῷ ἱερε-
μίᾳ, ἀλλὰ τῷ χριστῷ ἁρμόζειν, ἀγνοούμενον
ἐστιν· ὅλον ἂν ὅτι τὸν ἱερεμίαν ἀναφέρεσθαι,
καὶ ταῦτα τὰ δοκοῦντα εἶναι μείζονα, ἱερεμίου
ἑρμηνευέσθω· πᾶς ὁ λαβὼν λόγους ἀπὸ θεοῦ,
καὶ ἔχων τὸν χάριν τοῦ θείου λόγου, ἔλαβεν
αὐτοὺς, ὅτι τὰ ἔθνη καὶ βασιλείας, ἐκριζῶν καὶ καταστρέφειν· ἀλλὰ ἔθνη καὶ βασιλείας
ἐὰν λέγῃται ἐκριζῶν πᾶς ὁ λαβὼν λόγους
ἀπὸ θεοῦ, μὴ σωματικῶς μοι νοεῖ τὰ ἔθνη καὶ
E τὰς βασιλείας, ἀλλὰ καταυνοήσας τὰς ἀνθρω-
πίνας ψυχὰς βασιλευομένας ὑπὸ τῆς ἁμαρ-
τίας, καὶ τὸ εἰρημένον τοῦ παῦλου τῆς ἀποστόλου·
μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ
ὑμῶν σώματι· βλέπων ἢ καὶ τὰ πολλὰ εἴδη
τῶν ἁμαρτημάτων, ἐκπολεμεῖ καὶ τὰ ἔθνη, καὶ τὰς βασιλείας, * καὶ τὰ φαῦλα τὰ ἐν τῇ
ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων ὄντα, ἅπινα ἐκριζοῦται, καὶ καταστρέφεται ὑπὸ τῶν δεδομένων
εἴτε ἱερεμίᾳ, εἴτε ἀπηνιοῦ λόγων τοῦ θεοῦ· καὶ δυνάται καὶ τὰ πρῶτα, τὰ θλίβοντα ἀς
πρὸς τὸν σωτῆρα, ἐφαρμόσαι τῷ ἱερεμίᾳ, καὶ τὰ δεύτερα ὁμοίως τῷ εἰδέναι ἐκπολεμεῖν
ἐφαρμόσαι τῷ αὐτῷ· ἐρεῖ μοί τις τῶν ἀκουόντων, γύμνασον καὶ τὸν ἄλλον λόγον, καὶ ἔλε-

* χ. οὐδ

γε πειρᾶται

ἐπιμένῃ τοῦ φέρεσθαι τὰ γεγραμμένα ἀρμόζοντα τῷ σωτῆρι. τοῦτο γὰρ δευτέρων μὴ ἀγωνία· φαίνεται γὰρ ὅτι ὁ σωτὴρ ἐξερρίζωσε τὰς διαβόλου βασιλείας, καὶ τὰ ἔθνη κατέσκαψε, τὸ ἐθνικὸν βίον καθελών· ἐνταῦθα, καὶ ὁ δοκῶν, δύσφημον, ὡς θεὸς τὸν σωτῆρα, γύμνασόν πως τὸν λόγον· πῶς δύναται λέγειν ὁ σωτήρ· οὐκ ἐπίσταμαι λαλεῖν, ὅτι νεώτερος ἐγώ εἰμι, καὶ τὰ ἑξῆς; ὁρᾷς ὅτι ὁ λόγος γενοχορεῖται; τὸν σωτῆρα οἴδαμεν κόρον. ζητοῦμεν καὶ τὴν ἀξίαν τοῦ λόγου, καὶ καὶ τὴν ἀλήθειαν ταύτα ὅτι τὸν σωτῆρα ἀναγαγεῖν· μάρτυρας δεῖ λαβεῖν τὰς γραφάς· ἀμάρτυροι γὰρ αἱ ὑπόνοιαι ἡμῶν καὶ αἱ ἐξηγήσεις ἄπιστοί εἰσιν· ὅτι στόματι δύο καὶ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα, μᾶλλον ἁρμόζει ὅτι τοῦ δικηγόρου, ἢ ὅτι τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα τήρωσι τὰ ῥήματα τῆς ἑρμηνείας, λαβὼν μάρτυρας δύο ἀπὸ καινῆς καὶ παλαιᾶς διαθήκης. λαβὼν μάρτυρας τρεῖς ἀπὸ εὐαγγελίου, ἀπὸ προφήτου, ἀπὸ ἀποστόλου. οὕτως γὰρ σταθήσεται πᾶν ῥῆμα· πῶς οὖν δυνάμεθα ταῦτα ὅτι τὸν σωτῆρα ἀναγαγεῖν; φέρε μάρτυρα παλαιὰν διαθήκην· διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἢ κακόν, ἀπειθεῖ πονηρία τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν· καὶ αὐτικρὺς ταῦτα περὶ τοῦ σωτῆρος ἐν τῷ ἠσαΐᾳ λέλεκται· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. καὶ ἐκεῖ ἐπιφέρεται· πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον· εἰ δὲ καὶ ἀπὸ εὐαγγελίου δεῖ λαμβάνειν τὸ δεῖγμα· ἰησοῦς οὐκ ἀνὴρ γυνόμενος, ἀλλ' ἔτι παιδίον ὤν, ἐπεὶ ἐκένωσεν ἑαυτόν, προέκοπεν· οὐδεὶς γὰρ προκόπτει πεπληρωμένος, ἀλλὰ προκόπτει ἐνδεὴς προκοπῆς· οὐκοῦν προέκοπεν ἡλικίᾳ, προέκοπε σοφίᾳ, προέκοπε χάριτι παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις. εἰ γὰρ ἐκένωσεν ἑαυτὸν καταβαίνων ἐνταῦθα, καὶ κενώσας ἑαυτὸν, ἐλάμβανε πάλιν ταῦτα ἃ ἐκένωσεν ἑαυτὸν, ἐκὼν κενώσας ἑαυτόν· τί ἄτοπον αὐτὸν καὶ προκεκοφέναι σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις; καὶ ἀληθεύεσθαι τοῦ ἀεὶ τὸ· πρὶν ἢ γνῶναι αὐτὸν καλὸν ἢ πονηρόν, ἐκλέξεται τὸ ἀγαθόν, καὶ ἀπειθεῖ πονηρία; τοῦτο παρεθέμην ἀπὸ τοῦ ἠσαΐου· ἀλλ' ἐρεῖ τις· εἰ δύνασαι ὅτι τὸν σωτῆρα ἀναγαγεῖν τὸ, οὐκ οἶδα, καὶ δύνασαι λέγειν ὅτι τὸν σωτῆρα τὸ ποιοῦτο, καὶ παιδίον αὐτὸν λαμβάνειν· ὁ προκόπτει σοι ταῦτα λέγειν περὶ τοῦ μονογενοῦς, περὶ τοῦ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, περὶ τοῦ πρὶν συλλήψεως εὐαγγελιζόντος, καὶ τὸ· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ὅτι σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. καὶ λέγει· οὐκ ἐπίσταμαι λαλεῖν; ὅρα, εἰ δύνασαί τι ἀξιόλογον καὶ μέγα περὶ τοῦ

A pta ſunt ſuper Salvatore, quaſi de * eo ſint ſcripta conſtitue: de ſecundis noli eſſe ſollicitus. Apparet enim quia Salvator eradicaverit regna Diaboli, & nationes ſubverterit, gentilem deſtruens vitam. In iſtis quod intellectum difficilem facit, hoc eſt, quomodo poſſit Salvator dicere: *Neſcio loqui, quia juvenis ego ſum*, & cætera. In hoc ſermone interpretantes coanguſtantur. Ieſum Chriſtum ſcimus Deum: quærimus verba quæ dicta ſunt juxta perſonæ exponere dignitatem: quapropter neceſſe eſt nobis Scripturas ſanctas in teſtimonium vocare; ſenſus quippe noſtri & enarrationes ſine ijs teſtibus non habent fidem: & hoc quod dictum eſt: *In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum*, magis convenit ad interpretantis probationem, quam quorumcunque hominum numerum: vt firmem verbum intellectus mei, accipiens duos teſtes de Novo & Veteri Teſtamento, accipiens tres teſtes de Evangelio, de Propheta, de Apoſtolo. Sic enim ſtabit omne verbum. Quomodo igitur valebimus iſta conjungere Salvatori? Det mihi teſtimonium Vetus Teſtamentum: *Quia priuſquam agnoſcat puer bonum aut malum*, & cætera. Det etiam Eſaias: *Ecce Virgo concipiet in vtero, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emanuel*: ibique additur: *Priuſquam cognoſcat puer*. Si autem & de Evangelio accipere oportet teſtimonium, Ieſus necdum vir, ſed adhuc infans, quia ſe exinaniverat formam ſervi accipiens, proficiebat. Nemo autem proficit, qui eſt perfectus, ſed ille proficit, qui indiget profectu. Ergo proficiebat ætate, proficiebat ſapientia, proficiebat gratia, & apud Deum, & apud homines. Nam ſi evacuaverat ſeipſum ad nos deſcendens, & evacuans ſeipſum reſumpſit iterum ea de quibus ſe prius evacuaverat, quid indignum eſt profeciſſe eum ſapientiâ, profeciſſe ætate, profeciſſe gratiâ apud Deum, & apud homines, & vera de eo eſſe iſta quæ dicta ſunt: *Priuſquam cognoſcat puer bonum aut malum*, & ea quæ de eodem interpoſuimus? Sed dicet mihi aliquis: Etiamſi poteſt de Salvatore intelligi dictum eſſe, quia neſciat, & cætera hujuſmodi quæ majora ſunt, & ſi puerum eum accipias, nonne offendis iſta ſentiendo de vnigenito, & primogenito vniverſæ creaturæ; de eo qui antequam conciperetur, annunciatus eſt loquente Gabriele: *Spiritus ſanctus veniet ſuper te, & virtus altiſſimi obumbrabit te*: & audes dicere quia neſciat loqui? Quamobrem videbo ſi pote-

* MSS. R. Deo

Matth. 18. 16.

Eſai. 7. 16.

Eſaia 7. 14

Luc. 2. 52.

Eſ. 7. 16.

Luc. 1. 39.

ro aliquid dignum de Salvatore in hoc loco afferre, quod quædam nesciens major sit si ea ignoraverit, quam si scierit. Vtamur voce ejus quomodo sint aliqua quæ nesciat. Respondit eis qui sibi dicebant: *Nonne in nomine tuo comedimus, & in nomine tuo bibimus, & in nomine tuo Dæmonia ejecimus, & virtutes multas fecimus? Discedite à me, non novi vos.* Putasne hoc quod ait: *Non novi vos*, minorem eius virtutem approbat, an majorem atque mirabilem, quia malos perituroſque nesciat? Scit enim ab his differentias, scit meliora, scit Dominus eos qui eius sunt: & si quis ignorat, ignoratur. Igitur (vt constat) peccator ignoratur à Deo. Dicet mihi aliquis de auditoribus: ostendisti quia nesciat peccatores Deus, ostendisti quia ignoret eos qui operantur iniquitatem; neque enim digni sunt agnitione ejus: quomodo approbabis magnum & gloriosum esse quod ab eo dictum est: *Nescio loqui*, quod humanum est, & eloquio sæpe vtimur, verbi causa, Hebræorum voce, sive Græcorum, sive reliquorum sermone? Ergo si ascenderis ad Salvatorem, & scieris eum in principio apud Deum verbum, inspice quia nesciat loqui, [quum humanum sit hoc quod dicitur loqui, si ideo nesciat, quia sint majora quæ noverit.] Si autem & Angelorum linguas humanis comparaveris linguis, & scieris quia iste major sit Angelis (sicut testatus est de eo Apostolus in Epistola sua quam scribit ad Hebræos) intelliges majorem eum & Angelorum linguis fuisse, quando tantum Deus Verbum erat apud Patrem. Discit ergo, & quodammodo accipit disciplinam non magnorum, sed inferiorum ac minorum. Sicut & ego balbutire disco, violentiam mihimet ipsi faciens, quando cum parvulis loquor, neque enim scio (vt ita dicam) infantiliter loqui, & infractis verbis jam grandævus cum pueris sermocinari: eodem modo Salvator in magnificentia gloriæ quidem Dei, & in Patre consistens, non loquitur humana, nescit affari eos qui deorsum sunt. Quando autem venit in corpus humanũ, dicit in exordio: *Nescio loqui, quia juvenis ego sum*: juvenis, propter dispensationem: senex, juxta hoc quod primogenitus omnis creaturæ: juvenis, quia in consumatione jam sæculorum, & in extremum hujus vitæ tẽpus advenit. Dicit itaque: *Nescio loqui*; scio enim quædã majora loqui, scio quædã majora isto sermone mortali. Vis me loqui terrestribus? nec dum assumpsi humanam fragilitatem, habeo eloquium tuum, Verbum tuum sum, tibi scio loqui, homi-

Matth. 7. 22.

Hebr. 1. 4, 5.

Col. 1. 15.

σωτῆρα ἐν τῷ τόπῳ ἰδεῖν. ὅτι πνὰ μὴ ὑπισά-
μενος, μείζων ἐστὶ μὴ ὑπισάμενος, ἢ ὑπισά-
μενος αὐτά. καὶ λεγόμεν αὐτὸ τῇ φωνῇ μαρτυ-
ρεῖ τοῦ ὅτι πνὰ οὐκ ὑπίσατο· λέγει γοῦν πῶς
φάσκειν αὐτοῖς· ὁ τῷ ὀνόματί σου δαιμόνια ἐξε-
βάλομεν, καὶ δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν;
ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ, οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς·
ἄρα ὅ, οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς, οὐκ εἶ λεγόμενον
ὑπὸ τοῦ σωτῆρος, οὐκ ἐλάττονα τὴν δυνά-
μιν αὐτοῦ παείγνων, ἀλλὰ μείζονα καὶ θαυμα-
σωτέραν, διότι τοὺς χείρονας καὶ τοὺς ἀπολλυ-
μένους οὐκ ἔγνω; ἔγνω γὰρ τὰ διαφέροντα καὶ
κρείττονα, καὶ ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. καὶ
εἴ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοεῖται· οὐκοῦν ὁ ἁμαρτω-
λὸς ἀγνοεῖται ὑπὸ τοῦ θεοῦ; ἐρεῖ μοί τις τῷ
ἀκροατῇ· ἔδειξας ὅτι οὐκ οἶδε τοὺς ἁμαρτω-
λούς, ἔδειξας ὅτι οὐκ οἶδε τοὺς ἐργαζομένους τὴν
ἀνομίαν. καὶ γὰρ ἄξιοί εἰσι τῆς γνώσεως αὐτοῦ·
πῶς ὁ παιδευτὴς μέγα καὶ ἔνδοξον εἶ τὸ·
οὐκ ὑπίσαμαι λαλεῖν, λεγόμενον ὑπὸ τοῦ
σωτῆρος; τὸ λαλεῖν, ἀνθρώπινόν ἐστι. ὃ λα-
λεῖν, διαλέκτῳ χρήσασθαί ἐστιν, ὅτε εἰπὼν
ἑβραΐων, φέρε εἰπεῖν, φωνῇ, ἢ ἑλλήνων τι-
νῶν· ἐὰν ἀκούσῃς ὅτι ὁ σωτὴρ, καὶ εἰδῇς αὐ-
τὸν λόγον ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν, ὀψιαίτερον οὐκ
ἐπίσταται λαλεῖν· ἐὰν δὲ καὶ ἀγγέλων γλῶσσας
συγκρίνῃς ἀνθρώπων γλώσσαις, καὶ εἴδῃς ὅτι
οὗτος μείζων ἐστὶ καὶ ἀγγέλων, ὡς ἐμαρτύρησεν ἐν τῇ πρὸς ἑβραίους ὁ ἀπόστολος ὑπισχνῆ,
ἐρεῖς ὅτι καὶ τῆς ἀγγέλων γλώσσης μείζων ἦν,
ὅτε θεὸς ἦν λόγος πρὸς τὸν πατέρα· μανθά-
νει ὧν, καὶ οἱονεὶ ἀναλαμβάνει ὑπισχνούμενον ἀ
μεγάλων, ἀλλ' ὑποδεεστέρων, καὶ μικροτέ-
ρων· καὶ ὥσπερ μανθάνω, βιαζόμενος ἐμαυ-
τὸν ψελλίζειν, ὅτε παιδίοις διαλέγομαι. ὁ
γὰρ ὑπισχνούμενος παιδίοις, ἵν' ὅπερ εἰπω, λα-
λεῖν, βιάζομαι τέλειος ὤν. ὅπερ καὶ ἐν τῇ
μεγαλειότητι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ τυγχάνων, καὶ
λαλεῖ ἀνθρώπινα, οὐκ οἶδε φθέγγεσθαι πῶς
κάτω. ὅτε δὲ ἔρχεται εἰς σῶμα ἀνθρώπινον,
λέγει κατὰ τὰς ἀρχάς· οὐκ ὑπίσαμαι λαλεῖν,
ὅτι νεώτερος ἐγώ εἰμι· νεώτερος δὲ λέγεται τῇ
γενέσει τῶν σωματικῶν, πρεσβύτερος δὲ κατὰ
τὸ· πρωτότοκος πάσης τῆς κτίσεως· νεώτερος,
ὅτι ὑπὲρ συντελείας τῶν αἰώνων ἦλθε, καὶ ὕστε-
ρον τοῦ βίου ὑπεδεδέμενος· λέγει δὲ τὸ· οὐκ
ὑπίσαμαι λαλεῖν· οἶδά τινα μείζονα τοῦ λα-
λεῖν, οἶδά τινα μείζονα τοῦ φθέγγεσθαι τούτου τοῦ
ὅπου διάλεκτον ἀνθρωπίνου ἀνείληφα, ἔχω
σοὶ οἶδα προσδιαλέγεσθαι, ἀνθρώπῳ οὐκ

ἀνθρώπῳ· θέλεις με λαλεῖν ἀνθρώποις; διάλεκτόν σου τοῦ θεοῦ, λόγος εἰμί σου τοῦ θεοῦ,

ὑπίσαμαι λαλεῖν, ὅτι νεώτερός εἰμι· καὶ λέ-
γει κύριος· μὴ λέγε ὅτι νεώτερός εἰμι, ὅτι
πρὸς πάντας, οὓς ἐὰν ἐξαποστείλω σε, πορεύσῃ·
ἅπτως κινεῖ τὴν χεῖρα, ἁπτόμενος τοῦ στόμα-
τος αὐτοῦ, δίδωσιν αὐτῷ λόγους, καὶ δίδωσιν αὐ-
τῷ λόγους διὰ τὴν βασιλείας, ἵν' κινήσῃ·
οὐ χρεία ἦν εἶχεν κηρυττόντων λόγων, ὅτι ἐν
πατρὶ, οὐ χρεία εἶχε καταπαυόντων λόγων,
καὶ καθαιρούντων τὰ χείρονα· οὐδὲν γὰρ ἐν ἄξιον
καταπαυσῆς κινεῖ, οὐδὲν ἐν ἄξιον κινήσασ-
μεγα ὧν ὄντων, ὡς τὸ· οὐκ οἶδα ὑμᾶς, ὅτι
ἐργάται ἐστε ἀνομίας. ἅπτως ἀπὸ τοῦ σωτῆρος
λεγόμενον, διὰ τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς
δόξης αὐτοῦ· ἴσον γὰρ ἐν δυνάμενον τῷ· οὐκ
ὑπίσαμαι λαλεῖν ἀνθρώπινα, τὸ· οὐκ ὑπί-
σαμαι λαλεῖν. εἴτε πρὸς τὸν ἱερεμίαν, εἴτε
πρὸς τὸν σωτῆρα λέγεται· πρὸ τοῦ με πλάσαι
σε ἐν κοιλίᾳ ὑπίσαμαί σε, ἀναγνοὺς τὸν ψαλμῳδὸν,
καὶ τηρήσας τὰ εἰρημένα περὶ τῆς κτίσεως
τοῦ κόσμου, εὑρήσεις ὅτι ἡ γραφὴ πάνυ διαλε-
κτικῶς πάντα οὐκ εἶπεν· ὅτι πρὸ τοῦ με ποιῆσαί
σε ἐν κοιλίᾳ ὑπίσαμαί σε· ὅτε μὲν γὰρ ὁ κατ' εἰ-
κόνα κτίζετο, εἶπεν ὁ θεός· ποιήσωμεν ἄν-
θρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν.
οὐκ εἶπε, πλάσωμεν· ὅτε δὲ ἔλαβε χοῦν ἀπὸ
τῆς γῆς, οὐ ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἔπλα-
σε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἔθετο ἐν τῷ παραδείσῳ
τὸν ἄνθρωπον ὃν ἔπλασεν, ἐργάζεσθαι αὐτὸν, καὶ
φυλάττειν· εἰ δυνάσαι, ὅρα διαφορὰν ποιήσεως.
ὅτι ὁ λέγων κύριος πρὸς τὸν εἴτε ἱερεμίαν, εἴτε
πρὸς τὸν σωτῆρα, οὐκ εἶπε· πρὸ τοῦ με ποιῆ-
σαί σε ἐν κοιλίᾳ ὑπίσαμαί σε· ὃ γὰρ ποιούμενον,
οὐκ ἐν κοιλίᾳ γίνεται, ἀλλὰ ὃ πλαττόμενον
ἀπὸ τοῦ χοῦ τῆς γῆς, τοῦτο ἐν κοιλίᾳ κτίζεται·
πρὸ τοῦ με πλάσαι σε οὐκ κοιλίας ὑπίσαμαί
σε· εἰ πάντας ὑπίσατο ὁ κύριος, πῶς λέγει τό·
* οὐκ ὑπίσαμαι λαλεῖν, ἐπὶ πάντας ὑπί-
σατο ὁ κύριος; λεκτέον γὰρ ὡς οὐ ὡς τὶ ἐξαίρε-
τον ἔλεγε τῷ ἱερεμίᾳ τό· * ἐν ὑπίσαμαί σε· οὐ-
χοῦν ὡς διαφόρους ὑπίσατο ὁ θεὸς, τοὺς
ἀξίους τῆς γνώσεως αὐτοῦ ὑπίσατο ὁ θεός· καὶ
ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ, τοὺς δὲ ἀναξίους οὐκ
ὑπίσαται ὁ θεός, ὡς οὐδὲ ὁ σωτὴρ λέγων· οὐδέ-
ποτε ἔγνων ὑμᾶς· ἡμεῖς ἄνθρωποι ὄντες, ὅσον
προσκόπτομεν, κρίνομεν τινα, ἄξια ὄντα τοῦ
ὑπίσασθαι ἡμᾶς αὐτῷ. καὶ τίνα οὐδὲ ἀκούειν θέλομεν, ἵνα μὴ αὐτῷ ὑπίσωμεθα, μηδὲ εἰ-
δῶμεν. τινὰ δὲ θέλομεν ὑπίσασθαι· εἰ δὲ τῶν ὅλων θεὸς οὐ θέλει ὑπίσασθαι τὸν φαραώ, οὐ θέ-
λει ὑπίσασθαι τοὺς αἰγυπτίους, ὅν εἰσι ἄξιοι τοῦ ὑπισχνεῖσθαι τοῦ θεοῦ. μισοῦσι δὲ ἄξιος, καὶ ἔκφρο-
νος τῶν προφητῶν τηλικοῦτος· πολλά σε δεῖ καταρθῶσαι, ἵνα ὁ θεὸς ἀξιοῖ σε ὑπίσασθαι· τὸν μὲν γὰρ
ἱερεμίαν πρὸ τοῦ πλάσαι ἐν κοιλίᾳ ὑπίσατο· ἄλλον δὲ ἀρχεῖν ὑπίσασθαι χρειάκοντα ὅτι γε-

A nibus nescio loqui, juvenis sum. *Noli dicere; Iuvenis ego sum, quoniam ad * omnia ad quæcunque mittam te, ibis.* Deinde commovit manum ad tangendum os ejus, vt ei det verba, quibus eradicet imperia. Neque verò indigebat Salvator verbis, vt ea acciperet, quando erat in Patre, nullis in cœlo dignis, quæ mererentur everti. [Sed nunc accipit parva, * differens majora paulisper.] Atque ita ex hoc approbatur, sicuti alibi gloriose dixerat: *Nescio vos, quia operarij estis iniquitatis*, & nunc verba gloriose accepisse, cum Deus sit, & juxta magnificentiam suæ dixisse gloriæ: *Nescio loqui*, idest, humana non novi. Sive autem ad Hieremiam, sive ad Salvatorem dicitur: *Priusquam te plasmarem in vtero, novi te*, legens Genesim & observans ea, quæ ibi de conditione mundi scripta sunt, invenies quia Scriptura divina multum in sermonibus cauta, non dixerit: *Priusquam te facerem in vtero, novi te*: quando enim juxta imaginem conditio est, dicit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*; & non dicit, plasmemus. Quando autem accepit lutum de terra, non est scriptum: Fecit hominem, sed: *Plasmavit hominem*, & posuit in Paradiso hominem quem plasmavit, operari, & servare eum. Si potes intelligere differentiam facturæ & plasmationis, quum dicens sive ad Hieremiam, sive ad Salvatorem, non dixerit: *Priusquam te facerem in vtero.* Quod enim fit, non fit in vtero; sed quod creatur de terræ pulvere, hoc plasmatur in vtero. *Priusquam te plasmarem in vtero, scio te.* Si omnes novit Deus, quomodo quasi præcipuo à cæteris Hieremiæ dicit, *Novi te?* An eos tantum scit Deus qui scientia ejus digni sunt, & cognoscit eos qui ejus sunt; indignos vero nescit neque Pater, neque Filius, dicens: *Non novi vos?* Nos cum simus homines, si aliqua fuerimus prediti dignitate, alios nostra notitia dignos, alios judicamus indignos: & quos scire nolumus, neque audire volumus, eos nescimus. Quid arbitraris de vniversitatis Deo? Vult scire Pharaonem, vult Ægyptios nosse, sed indigni sunt notitia ejus, [sed ipsi faciunt vt ignorentur.] Scit autem Moysen, scit Prophetas, & si quis similis eorum est. Multum te oportet laborare, vt nosci incipiaris à Domino. Hieremiam quidem, priusquam plasmaverit in ventre, cognovit: alium vero de Pro-

* MS. R. omnes quoscunque

* MS. R. deferens. al. differēs

Luc. 13.27.

Ierem. 1. 5.

Gen. 1.26.

Gen. 2. 7.

Matt. 7. 23.

phetis triginta annorum cœpit nosse, alium quadraginta. Sermones sunt ineffabiles de Salvatore, & non magnopere quærendi: de Hieremia vero, eorum qui sciẽtiam Scripturarum habent, auribus indigemus; quomodo dicat: *Priusquam te plasmarem in vtero, novi te; & priusquam exires de vulva matris tuæ, sanctificavi te*: Deus sibi ipse sanctificat aliquos. Istum non expectat, vt sanctificet genitum, sed prius sanctificat quam de vulva egrediatur. Si ad Salvatorem (vt dixi) referas, non est malum dicere prius eum sanctificatum esse, quam natum. [Sic & de Domino intelligas, qui antequam de vulva exierit, sanctificatus est, sed infinito ante tempore semper sanctus fuit: hic vero antequam de vtero exiret, sanctificatus est.] *Prophetam in gentibus posui te.* [Si Hieremias quæris quomodo sit Propheta in gentibus positus,] observa in consequentibus cum jubetur prophetare ad omnes gentes: nam istiusmodi scriptio est, quod Prophetavit Hieremias super omnes gentes Elam, Damasci, Moab: & habebis quia prophetaverit ad omnes gentes, juxta id quod dictum est: *Prophetam in gentibus posui te*, si tamen volueris hæc de Hieremia dicta sentire. Si autem intelligentiam ad Deum transferas, iste vere in vniversas gentes prædicavit. Est quippe sicut* alia multa, sic & Propheta. Vt est princeps sacerdotum, vt est Salvator, vt est medicus; similiter & Propheta est. Moyses annuntians de eo, non solum Prophetam, sed admirabilem inter cunctos nominavit Prophetam, dicens: *Prophetam ex fratribus vestris suscitabit vobis, dicit Dominus Deus noster; quasi me audite eum. Quicunque non audierit Prophetam illum, interibit de populo suo.* Iste est Prophetes constitutus in gentibus, & accepit gratiam à Deo effusam in labijs suis, vt non solum cum præsens aderat corpore, sed etiam nunc cum adest virtute, & spiritu, prophetet ad omnes gentes, & prophetia sua ex toto orbe attrahat homines ad salutem. *Et dixit: Quis est dominator Domine? Ecce nescio loqui, quia juvenis ego sum. Et dixit Dominus ad eum: Noli dicere quia juvenis ego sum; quoniam ad omnes ad quoscunque te mittam, ibis.* Sæpe diximus solere esse aliquem puerum, juxta eum qui intus est hominem, licet etiam senili corporis sit ætate: & è contrario frequenter inveniri parvulum secundum eum hominem qui extrinsecus est, & esse interius perfectum virum. Talis erat Hieremias habens jam sibi concessam à Deo gratiam in ætate corporis adhuc puerili, propter quod ait ei Dominus: *Noli dicere quia juvenis sum.* Signumque hujus rei, quia non sit juvenis, sed vir consummatus, * ostendit dicens: *Quoniam ad omnes ad quoscunque mittam te, ibis, & juxta quæcunque*

* MS. R princeps Prophetarum, sic & Propheta

Deuter. 18, 15.

Ierem. 1. 6.

* MSS. R. ostendit: Quoniam

γονότα, παρεφάνιστα ἔτι γεγονότα· λόγοι θεοῦ εἰσιν ἀπόρρητοι. περὶ μὲν οὖν τοῦ σωτῆρος οὐ ζητήσωμεν, περὶ δὲ τοῦ ἱερεμίου τοῦτο ἔχομεν ὑπεσάσας δεήσωμεν· πῶς λέγει· πρὶν σε πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ ὑπέσταμαί σε. καὶ πρὶν σε ἐξελθεῖν σε μήτρας ἡγίακά σε; ὁ θεὸς ἑαυτῷ ἁγιάζει τινάς. τοῦτον οὐ περιμένει, ἵνα ἐλθόντα εἰς φῶς ἁγιάσῃ, ἀλλὰ πρὶν ἐξελθεῖν σε μήτρας ἤδη ἡγίασεν· ἐὰν ὅτι τὸν σωτῆρα ἀναφέρῃς, οὐ χαλεπὸν εἰπεῖν ὅτι πρὶν ἐξελθεῖν σε μήτρας ἡγίασεν· προφήτην εἰς ἔθνη τέθεικά σε· τήρησον ἐν τοῖς ἑξῆς ὅτι κελεύει προφητεῦσαι ὅτι πάντα τὰ ἔθνη, τῇ ἀλαλᾷ, τῇ δαμάσκῳ, τῇ μωάβ. καὶ ἐρῶμεν ὅτι προφητεύσειν ὅτι πάντα τὰ ἔθνη, ὡς πρὸς τὸ ῥητὸν, ὅτι προφήτην εἰς ἔθνη τέθεικά σε, πρὸς σκεῦνον· ἕως ὁ πρὸς ἀναγκῶ, ἐὰν μὲ ὅτι τὸν ἱερεμίαν, πρεσβεύκαμεν. ἐὰν ὁ ὅτι τοῦ σωτῆρος, τί δεῖ καὶ λέγειν; ὅτος ἀληθῶς ὅτι πάντα τὰ ἔθνη προφητεύσειν· εἰ γὰρ ὥσπερ ἄλλα μυεῖα, ὅτος καὶ προφήτης ὡς ἐστιν ἀρχιερεύς, ὡς ἐστι σωτήρ, ὡς ἐστιν ἰατρός, ὅτος καὶ προφήτης· μωσῆς γοῦν προφητεύων περὶ αὐτοῦ, οὐχὶ προφήτην μόνον, ἀλλὰ ἐξαιρέτως εἶπεν εἰπών· προφήτην σε τῶν ἀδελφῶν σου ἀναστήσει ὑμῖν κύριος ὁ θεός, ὡς ἐμὲ αὐτοῦ ἀκούετε· καὶ ἔσται ὃς ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολεθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ· ὅτος ἐν ὅστιν, ὃς προφήτης εἰς ἔθνη τεταγμένος, ᾧ ἔλαβε χάριν ἀπὸ θεοῦ ἐκχυθεῖσαν ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ, ἵνα μὴ μόνον ὅτε παρῆν τῷ σώματι, ἀλλὰ καὶ νῦν ὅτε πάρεστι δυνάμει, καὶ τῷ πνεύματι προφητεύει ὅτι πάντα τὰ ἔθνη, ὥστε ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν ἀνύειν αὐτοῦ τὴν προφητείαν, καὶ ἕλκειν ἀνθρώπους ὅτι σωτηρίαν· καὶ εἶπα· ὁ οὖν, δέσποτα κύριε, ἰδὺ ὀκ ὑπέσταμαι λαλεῖν, ὅτι νεώτερος ἐγώ εἰμι· καὶ εἶπε κύριος πρὸς με· μὴ λέγε, ὅτι νεώτερος ἐγώ εἰμι, ὅτι πρὸς πάντας, οὓς ἐξαποστέλλω σε, πορεύσῃ· πολλάκις εἴπομεν, ὅτι ὅστι χῦ τὸ ἔσω ἄνθρωπον εἰ παιδίον, κἂν ὀ γεροντικὴ τις ἡ ἡλικία σώματος· ἔστι δὲ ποτε χῦ τὸν ἔξω ἄνθρωπον, εἰ παιδίον. χῦ δὲ τὸν ἔσω ἄνδρα, γέροντα· τοιοῦτος ἦν ὁ ἱερεμίας, ἤδη ἔχων τὴν χάριν ἀπὸ θεοῦ ἔτι ὢν ὀ τῇ τοῦ παιδὸς ἡλικίᾳ χῦ ὁ σῶμα. διὸ φησὶν αὐτῷ ὁ κύριος· μὴ λέγε ὅτι νεώτερος ἐγώ εἰμι· σημεῖον ὁ τοῦ μὴ εἰ ἀνὴρ νεώτερος, ἀλλ' ἀνδρα τέλειον, τὸ· πρὸς πάντας, οὓς ἐὰν ἐξαποστέλλω σε, πορεύσῃ. καὶ χῦ πάντα, ὅσα ἂν

ἐντείλωμαί σοι, λαλήσεις. μὴ φοβηθῇς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν· οἶδεν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ὅτι οἱ προσδεχόμενοι τὸν λόγον κινδυνεύουσιν ἐν τοῖς ἀκούουσι. ἐλεγχόμενοι γὰρ μισοῦσιν αὖθις, ὅπερ πλησιάζομεν διώκουσι· πᾶν ὅπερ πάσχουσιν οἱ προφῆται· οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι, καὶ τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. καὶ πρώην ἐμνημονεύομεν· οἶδεν δὲ μόνος θεὸς πέμπων τὸν προφήτην, ὅσοις κινδύνοις ἀναδέξεται, ἀλλὰ καὶ λέγει αὐτῷ· μὴ φοβηθῇς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν· ὅτι μετά σου εἰμι, τοῦ ἐξαιρεῖσθαί σε, λέγει κύριος· ἃ πέπονθεν ἱερεμίας ἀναγέγραπται· εἰς λάκκον βορβόρου βέβληται, ἔμεινεν ἐκεῖ μόλις, ἄρτον ἐσθίων πολλὰς ἡμέρας, καὶ ὕδωρ μόνον πίνων. καὶ ἄλλα ὅσα μυρία ἃ πέπονθεν, ἡ προφητεία αὐτοῦ δεδήλωκεν· τίνα τῶν προφητῶν οὐκ ἐδίωξαν οἱ πατέρες ὑμῶν; εἴρηται πρὸς τοὺς ἰουδαίους· καὶ ἀναγκαῖον ἐστι τοὺς θέλοντας ζῆν εὐσεβῶς ἐν χριστῷ ἰησοῦ, πάντες ὑπὸ διωγμῶν αἰτιαιμῶν δι' ὧν διέρχονται σκυθρωπῶν διώκεσθαι· διὰ τοῦτο μὴ ξενιζόμεθοι οἱ διωκόμενοι πάντα πρᾶττόμεν, μόνον βούλόμενοι ἵνα ἀδίκως διώκωνται, καὶ μὴ δικαίως, μὴ δι' ἀδικίαν, μὴ δι' ἁμαρτίαν, μὴ δι' πλεονεξίαν· ἐὰν δὲ διώκηται ποτέ τις δι' δικαιοσύνην, καὶ ἀκούσῃ· μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίζωσιν ὑμᾶς, καὶ διώκωσι· χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. οὕτως γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν· ὅτι μετά σου εἰμι, τοῦ ἐξαιρεῖσθαί σε, λέγει κύριος· καὶ ἐξέτεινε κύριος τὴν χεῖρα αὐτοῦ πρὸς με, καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου, καὶ εἶπε κύριος πρός με· τίνει διαφορᾶς ἱερεμίου καὶ ἡσαΐου· ὁ ἡσαΐας φησίν· ἀκάθαρτα χείλη ἔχων ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκαθάρτων χείλη ἔχοντος ἐγὼ οἰκῶ. καὶ τὸν βασιλέα κύριον σαβαὼθ εἶδον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου· καὶ ἐπεὶ ἐξωμολογήσατο οὐκ ἔχων ἔργα ἀκάθαρτα, ἀλλὰ μόνον ῥήματα· μέχρι γὰρ τούτου ἁμαρτωλὸς ἦν· οὐκ ἐξέτεινε κύριος τὴν χεῖρα αὐτοῦ. * ὁ δὲ ἐν τῷ σεραφὶμ ἥψατο τῇ χειρὶ αὐτοῦ τῶν χείλεων αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· ἰδοὺ ἀφῄρηκα τὰς ἀνομίας σου· ἐπειδὴ οὕτως ἠλάθη οὐκ μήτρας, καθὼς αὐτὸς πέμπεται, οὐδὲν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἄνθρακα, οὐκ εἶχεν οὐδὲν ἄξιον τοῦ πυρός, ἀλλ' αὐτὴ ἡ χεὶρ τοῦ κυρίου ἥψατο αὐτοῦ. διὸ λέγει· ἐξέτεινε κύριος τὴν χεῖρα αὐτοῦ πρός με, καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου. καὶ εἶπε κύριος πρός με· ἰδοὺ δέδωκα τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα σου. ἰδοὺ καθέστακά σε σήμερον ὑπὲρ ἔθνη καὶ βασιλείας ἐκριζοῦν· πῶς * ὅπως μακάριός ἐστιν, * ὃς τὰς βασιλείας πολλὰς ὅσας ἂς δεῖ-

*χ. μου

*χ. ὅτως

*χ. ὃς

A *mando tibi, loqueris: nec timeas à facie eorum.* Scit enim eos sermo Dei, qui verbi legatione funguntur, incurrere ab ijs periculum qui audire contemnunt. Increpati enim oderunt increpationes, coarguti insequuntur arguentes. Omne quodcunque malum est, semper patiuntur Prophetæ: *Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua* Marc. 6, 4. *& domo sua.* Cujus rei nuper quoque fecimus mentionem. Scit ergo (vt dicere cœpimus) Deus mittens Prophetam, quanta discrimina perpessurus sit, ideo exhortatur

B eum dicens: *Ne timeas à facie eorum, quia* Ier. 1, 8. *ego tecum sum, vt eruam te, dicit Dominus.* Quæcunque Hieremias passus est, scripta sunt: in lacum missus est luti, mansit ibi comedens panem diei, & aquam tantum bibens, aliaque multa quæ pertulit, in libro ejus continentur. *Quem autem Prophetarum non persecuti sunt patres vestri?* dicit Do- Act. 7. 52. minus ad Iudæos. Et necesse est eos qui vivere religiose in Christo cupiunt, omni genere à contrarijs virtutibus, per ea quæ reperiuntur vasa, persecutionem pati. Qua de causa nihil novum aut peregrinum vi-

C deatur his, * qui in tribulationibus affligun- * MS. R. Quod his tribut. ait, qui his guntur: omnia quæ præcepta sunt faciant, tantum orent vt persecutionis caussa Christus sit; ne propter injustitiam, ne propter delicta, ne propter avaritiam deprimantur. Si quando autem propter justitiam aliquis exagitatur, audiat: *Beati estis cum expro-* Matth. 5. 11 *brant vobis, & persequuntur, & dicunt omne malum adversum vos, mei causa: gaudete & exultate, quia merces vestra magna est in cœlis. Sic enim persequuti sunt Prophetas, qui fuerant ante vos. Quoniam tecum sum vt eruam te, di-* Ieremi. 1. 8, *cit Dominus. Et extendit manum suam ad me* 9.

D *Dominus, & tetigit os meum, & dixit Dominus ad me.* Observa differentias Hieremiæ & Esaiæ. Esaias ait: *Immunda labia habens* Esaiæ 6, 5. *in medio populi immunda labia habentis ego habito, & regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis.* Et quoniam confessus est non habere facta immunda, sed verba tantum (vsque ad hunc enim finem peccata commiserat) non extendit Dominus manum suam, neque vnum ex Seraphim manu sua labia ejus tetigit, sed forcipe solum tangens ait: *Ecce abstuli iniquitates tuas.* Hieremiæ autem, quia

E sanctificatus fuerat in vulva, non forceps mittitur, neque de altari carbo succensus; nihil quippe habebat igne dignum; sed ipsa manus Domini tetigit eum, propter quod dicit: *Extendit Dominus manum suam ad me,* Ier. 1. 9, 10. *& tetigit os meum. Et dixit Dominus ad me: Ecce dedi sermones meos in os tuum, ecce constitui te super gentes & regna eradicare.* Qui sic beatus est, vt regna multa quę Christo Dia-

bolus oſtendit, regna Dæmonum, regna peccati eradicet, opus habet ijs qui ei dati ſunt à Deo ſermonibus. Scriptum eſt enim:

Ier. 1. 10. *Ecce dedi ſermones meos in os tuum. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & regna* [*eradicare.*] Quomodo autem regna ſunt plurima, plures ſimiliter & gentes. [Nec poteſt aliquod regnum dici, niſi quod ſub ſe continet nationes.] Verbi gratia dictum ſit; regnat fornicatio [in homine peccatore,] neceſſe eſt vt regnum fornicationis habeat gentes ſuas. Ipſum illud generale delictum avaritiæ & fraudis, quo vix aliquis immunis eſt, habet regnum ſuum, & ſub regno vno multas poſſidet gentes, per plurimas ſcilicet ſpecies avaritiæ, & ob id opus eſt ſermonibus Dei, vt iſtiuſmodi regna cum ſuis gentibus evellantur. Salvator in Evangelio

Matth. 15, 13. oſtendit dicens: *Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus cœleſtis, eradicabitur.* Sunt quædam intrinſecus in animabus veſtris inſita, quæ non plantavit cœleſtis Pater. Omnes quippe cogitationes peſſimæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ, plantationes ſunt, quas non plantavit cœleſtis Pater. Si autem vis ſcire cujus ſit plantatio iſtiuſmodi

E indifferenter, & *in justitia*, non injustè; & *benedicent in eo Gentes.* Conjunxit vtràque, illos ex Gentibus & Israëlem: pronuntiavit de Gentibus, pronuntiavit etiam de Israële, Subjungit: *Et benedicent in eo Gentes; & in eo laudem dicent Deo in Ierusalem. Hæc enim dicit Dominus viris Iuda, & habitantibus Ierusalem.* Allocutus est illos ex

Matth. 5. 34.

Gentibus, affatus est etiam eos ex Israël, loquitur ijs ex Iuda. Memini pridem dictorum de Iuda & habitantibus Ierusalem tropologicè. Habitamus enim nos, si Deus dederit, in Ierusalem; quoniam vbi thesaurus, ibi & cor. Si thesaurizemus in cœlo, etiam habemus cor in Ierusalem superna, de qua Apostolus ait: *Illa autem quæ sursum est Ierusalem, libera est; quæ est mater nostra, sicut scriptum est*, &c. *Hæc* itaque *dicit Dominus viris Iuda, & habitatoribus Ierusalem: Novate vobis novalia, & nolite serere super spinas.* Hic sermo potissimùm doctoribus dicitur, vt non priùs dicta concredant auditoribus, quàm novalia fecerint in animis eorum: quando enim aratro manum adhibentes novalia fecerint in animabus eorum qui hæc audiunt juxta terram bonam ac probam, tunc seminantes non seminant super spinas: si autem ante arationem, & priusquam novalia facta sint in mente auditorum, exceperit quis semina sancta, v. g. sermonem de Patre, de Filio, de Spiritu sancto, sermonem de resurrectione, sermonem de suppliciis, sermonem de requiete, de lege, de Prophetis, & simul ac semel de qualibet Scriptura, & seminaverit, prævaricatur mandatum quod ait: *Novate vobis novalia*; deinde: *Et nolite serere super spinas.* Verùm dicet nonnemo auditorum: Ego non doceo, non subdor huic mandato. Etiam tuimetipsius cultor existe, ac noli serere super spinas, & novale fac agrum quem concredidit tibi Deus vniversorum. Considera agrum, vide vbi sint spinæ, vbi curæ temporales & divitiarum luxus; & vbi cognoveris spinas quæ sunt in anima tua, quære aratrum rationale, de quo Iesus ait, *Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est Regno Dei.* Cùm quæsiveris, atq; inveneris, à Scripturis conducens boves, operarios integros ac sinceros, aratro subige, & innova terram, & ne ampliùs sit vetusta, fac ipsam novam, exuens veterem hominem cùm actibus suis, & induens nouum qui renovatus sit ad agnitionem, facies tibimetipsi novale: & vbi feceris novale, sume semina à Doctoribus, cape semina à lege, accipe à Prophetis, ab Evangelicis Scripturis, Apostolicis sermonibus; & acceptis istis seminibus, sere animam per recordationem & meditationem, sponte nascentia hæc videberis quidem supprimere, sed verè

Galat. 4, 26

Ierem. 4, 3

Luca 9, 62.

Ephes. 4, 22

A ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, εἴρηκε καὶ τοῖς ἀπὸ ἰσραὴλ, λέγει τοῖς ἀπὸ τοῦ ἰούδα· μέμνημαι τῶν πρώην εἰρημένων περὶ τοῦ ἰούδα καὶ τῶν κατοικούντων ἐν ἱερουσαλὴμ * τροπολογικῶς· κατοικοῦμεν γὰρ ἡμεῖς, ἐὰν ὁ θεὸς διδῷ ἐν τῇ ἱερουσαλὴμ. ἐπὶ ὅσον ὁ θησαυρὸς, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία· ἐὰν θησαυρίζωμεν ἐν οὐρανῷ, καὶ ἔχωμεν τὴν καρδίαν ἐν ἱερουσαλὴμ τῇ ἄνω, περὶ ἧς ὁ ἀπόστολος φησιν· ἡ δὲ ἄνω ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν, ὡς γράφεται, καὶ τὰ ἑξῆς.

B τάδε δὴ λέγει κύριος τοῖς ἀνδράσιν ἰούδα, καὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἱερουσαλὴμ· νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, καὶ μὴ σπείρετε ἐπ' ἀκάνθας· ὁ λόγος ὅπως μόλις τοῖς διδασκουσι λεχθῇ, ἵνα μὴ πρότερον νέμπις δίδωσι τὰ λεχθέντα τοῖς ἀκροατοῖς, πρὸ τοῦ νεώματα ποιῆσαι ἐν τῇ ψυχαῖς αὐτῶν. ὅταν γὰρ ἀρότρῳ ὀρθοῦντες τὴν χεῖρα νεώματα ποιήσωσιν ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν χαλῶν καὶ ἀγαθῶν τούτων ἀκουόντων, τότε σπείροντες οὐ σπείρουσιν ἐπ' ἀκάνθας. ἐὰν δὲ πρὸ τοῦ * ἀρόσῃ, καὶ πρὸ τοῦ νεώματα ποιῆσαι ἐν τῇ

C ἡγεμονικῇ τῶν ἀκουόντων, λάβῃ τις τὰ σπέρματα τὰ ἅγια, τὸν περὶ τοῦ πατρὸς λόγον, τὸν περὶ τοῦ υἱοῦ, τὸν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὸν λόγον τὸν περὶ ἀναστάσεως, τὸν λόγον τὸν περὶ κολάσεως, τὸν λόγον τὸν περὶ ἀναπαύσεως, τὸν περὶ νόμου, τὸν περὶ προφητῶν, καὶ ἁπαξ ἁπλῶς ἑκάστου τῶν γεγραμμένων, καὶ σπείρῃ, παραβαίνει τὸν λέγουσαν ἐντολὴν ὅτι· νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα. δεύτερον· καὶ μὴ σπείρετε ἐπ' ἀκάνθας· ἀλλὰ ἐρεῖ τις τῶν ἀκουόντων· ἐγὼ οὐ διδάσκω, οὐχ ὑποκείμαι τοῦτῳ τῇ ἐντολῇ· καὶ * σὺ γεωργὸς γνῶθι σαυτὸν, καὶ μὴ σπείρῃς ἐπ' ἀκάνθας, ἀλλὰ νέωμα πίστον μοι

D χωρίον ὁ πιστὸς ἐκεῖ σοι ὁ θεὸς τῶν ὅλων· κατανόησον τὸ χωρίον, ἴδε πόσον εἶναι ἄκανθα, πόσα μέριμναι βιωτικαὶ καὶ πλοῦτου φιλοδοξία. καὶ κατανοήσας τὰς ἀκάνθας τὰς ἐν τῇ ψυχῇ σου, ζήτησον τὸ λογικὸν ἄροτρον, περὶ οὗ ἰησοῦς φησι· τοῦ δὲ βαλὼν τὴν χεῖρα ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετος ἐστὶ τῇ βασιλείᾳ τοῦ

E θεοῦ· ζητήσας αὐτὸ, καὶ εὑρὼν, ἀπὸ τῶν γραφῶν σπαραγαῖν τὰς βοῦς, τὰς ἐργάτας τὰς καθαρὰς, ἀροτρίασον, καὶ νέωσον τὴν γῆν, καὶ ἵνα μηκέτι ἡ παλαιὰ, ποίησον αὐτὴν νέαν, ἐκδυσάμενος τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν τοῖς πράξεσιν αὐτοῦ, καὶ ἐνδυσάμενος τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν, ποιήσῃς σαυτῷ νέωμα. καὶ ἐὰν ποιήσῃς τὸ νέωμα, λάβε σπέρματα ἀπὸ τῶν διδασκόντων, λάβε σπέρματα ἀπὸ τῶν νόμων, λάβε ἀπὸ τῶν προφητῶν, ἀπὸ τῶν εὐαγγελικῶν γραφῶν, ἀποστολικῶν λόγων καὶ λαβὼν ταῦτα τὰ σπέρματα, σπεῖρον * τὴν ψυχήν ἀφ' τῆς μνήμης καὶ τῆς μελέτης, αὐτόματα τα-

* Cod. Par. κεφαλῇ

* Cod. Par. σὺ γεωργὸς γνῶθι σαυτὸν

* Cod. Par. τῇ ψυχῇ

τα * δύξη μὴ ἀναστέλλειν, τὸ ἀληθῶς ὑ σὺν αὐ- A haud ea supprimis post memoriam eorum,
ξήσας θεὸς * ἤυξησε· ἐὰν εἴ τις γε δεδιώκεται καταινοῆ- sed Deus auxit. Et si quis potuerit intelligere Scripturas, hic fecit novale; & cùm fecerit novale, seminavit non in spinis. Hæc semina dispensantur à Deo, ne derepentè fiant spicæ, sed, sicut in Evangelio secundùm Marcum legitur, primùm herba, deinde spica, deinde paratum fit ad messem: quando iam paratum fuerit ad messem, venient hi qui ad messem emissi sunt, ad quos sermo ait: *Levate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem.* Olim itaque nobis ait: *Novate vobis novalia, & nolite severe super spinas.* Si autem priusquam purgaveris animam tuam, habens spinas processeris ad eum qui docere vel possit, vel putetur, vel promittat, & petas disciplinas ac semina spiritalia, prævaricaris dictum mandatum: *Nolite severe super spinas;* & deinde hoc dicitur: *Circumcidimini Deo vestro, & circumcidite præputium cordis vestri.* vbi necessario additur istud, *Deo vestro.* Hoc autem intelliges ab exemplo sensibili. Circumciduntur, secundùm id quod sensibile est inquam, non solùm hi qui ex circumcisione sunt secundùm legem Moysis, verùm etiam alij multi Ægyptiorum. Idolis sacerdotes circumciduntur; sed ista circumcisio idolis circumcisio est, & non est circumcisio quæ fit Deo: at illa Iudæorum fortassis omnino tunc fiebat Deo. Cùm igitur dicat hic sermo: *Circumcidimini Deo vestro,* intellecto textu, transi etiam ad sensum moralem, vt reperias, quomodo eorum qui tropologicè circumciduntur (vt ita dicam, fortassis quidam eorum nos sumus circumcisio:) hi quidem circumciduntur Deo, illi verò circumciduntur quidem, sed non Deo. Sunt porrò & alij sermones præter sermonem veritatis, præter sermonem Ecclesiæ, circumcidunt mores, & cor, vt sic dicam, ad modestiam componunt philosophantes, ad modestiam hortantur hæretici, & fit ipsis circumcisio; at circumcisio quidem, sed non Deo: siquidem ista circumcisio fit ab illis sermone mendaci. Quando autem secundùm Ecclesiasticā regulam juxta propositum sanæ doctrinæ particeps existis, non solùm circumcideris, verùm etiam circumcideris Deo. Itaque *circumcidimini Deo vestro, & circumcidite præputium cordis vestri.* Quis ista non præterit tamquam clara? Itaque est quoddam præputium cordis, & illud oportet circumcidere. Qui accurat sermonem, istiusmodi quærens hoc loco expendet. Præputium connascitur, circumcisio adscititia est, &

Marc. 4, 28

Ioan. 4, 35.

Ier. 4, 4.

σαι τὰς γραφὰς, ὅτι πεποίηκε νέωμα. ἐὰν ποι- B
ήσας νέωμα, ἔσπειρεν οὐκ ἐν ἀκάνθαις· οὕτω τὰ
τὰ σπέρματα οἰκονομεῖται ὑπὸ τοῦ θεοῦ, οὐκ
ἀφανίδιον γίνεσθαι σάχυς, * ἀλλ', ὡς ἐν τῷ κυ-
ριακῷ εὐαγγελίῳ, πρῶτον χόρτος, εἶτα σά-
χυς, εἶτα ἕτοιμον γίνεται θερισμόν. ὅταν
γίνηται ἕτοιμον πρὸς θερισμὸν, ἐλεύσονται οἱ
ὑπὸ τὸν θερισμὸν ἐξαποστελλόμενοι, * πρὸς ὃς
ὁ λόγος φησὶν. ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν,
καὶ θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θε-
ρισμόν· ἤδη· φησὶν ἡμῖν· νεώσατε ἑαυτοῖς
νεώματα, καὶ μὴ σπείρετε ἐπ' ἀκάνθας· ἐὰν
οὖν * πρὶν καθαρῆς σὺ τὴν ψυχὴν ἔχων ἀκάνθας
πρείσῃς * τῷ διδάσκειν ἢ δυναμένῳ, ἢ νομι-
ζομένῳ, ἢ ἐπαγγελλομένῳ, καὶ * αἰτῇς μαθή-
ματα καὶ σπέρματα πνευματικὰ, παραβαί-
νεις τὸν λόγον τοῦτον· μὴ σπείρετε ἐπ'
ἀκάνθας, καὶ ἑξῆς τοῦτο λέγει· περιτμήθητε
τῷ * θεῷ ὑμῶν, καὶ περιτέμεσθε τὴν ἀκροβυ- C
στίαν τῆς καρδίας * ὑμῶν. ὅπου ἀναγκαίως προ-
σκείται ὁ, τῷ θεῷ ὑμῶν· νοήσεις δὲ αὐτὸ ἀπὸ
τοῦ παραδείγματος τοῦ αἰθητοῦ· περιτέμνονται,
καὶ ὁ αἰσθητὸν λέγω, οὐ μόνον οἱ ἐκ περιτομῆς
καὶ τῆς μοσαϊκῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν
Αἰγυπτίων· εἰδώλοις οἱ ἱερεῖς περιτέμνονται.
ἀλλ' ἐκείνη ἡ περιτομὴ εἰδώλοις περιτομή
ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι τῷ θεῷ γινομένη περιτομή. ἐὰν
ἐνδοιάσῃς τάχα πάντως τότε τῷ θεῷ ἐγένετο ἐὰν
ἂν λέγῃ ὁ λόγος· περιτμήθητε τῷ θεῷ ὑμῶν, D
νοήσας ὁ ῥητὸν, μεταβῆθι καὶ ὑπὸ τὸν τροπολο-
γίαν, ἵνα εὕρῃς πῶς τῶν περιτεμνομένων πο-
πολογικῶς. ὡς ἂν * εἴπειν, τάχα τινὲς ἀπὸ
ἡμεῖς ἐσμὲν ἡ περιτομή. οἱ μὲν περιτέμνονται
τῷ θεῷ, οἱ δὲ περιτέμνονται μὲν, καὶ τῷ θεῷ δέ.
Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι λόγοι παρὰ τὸν λόγον τὸν τῆς
ἐκκλησίας, περιτέμνουσι τὰ ἤθη, καὶ τὸν καρ-
δίαν, ὥστε εἰπεῖν, σωφρονίζουσι οἱ φιλοσοφοῦν-
τες, σωφρονίζουσι οἱ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, καὶ γὰρ
αὐτοῖς περιτομή. ἀλλὰ περιτομὴ μὲν, καὶ τῷ E
θεῷ δέ. περιτομὴ γὰρ λόγῳ ψευδεῖ τῶν ἐκείνοις
γίνεται· ὅταν δὲ κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα καὶ
τὴν προθεσιν τῆς ὑγιοῦς διδασκαλίας ἦς, καὶ περι-
τέμνῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ περιτέμνῃ τῷ
θεῷ· περιτμήθητε οὖν τῷ θεῷ ὑμῶν, καὶ περιτέ-
μεσθε τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν· τίς ταῦτα ἐπιτέλεσις ὡς σαφῆ; * ἀκόη ἐστί τις
ἀκροβυστία τῆς καρδίας, καὶ ταύτην δεῖ περιτέμνεσθαι· ὁ ἀκούσας τὸν λόγον, τοιαῦτα ζητῶν
ἐν τῷ τόπῳ ἀζήτητος· ἡ ἀκροβυστία συγγενῶς ἐστι, ἡ περιτομὴ ἐπίκτητός ἐστι, καὶ ὅταν οὐκ ἐνοῦ-

quod ex generatione venit, hoc tollit circumcisio. Si igitur auferre jubet sermo præputium; quid tamdem auferendum, vt quis cordis præputium circumcidat? si quis consideraverit illud: *Eramus naturâ filij iræ, sicut & cæteri*: si quis consideraverit hoc corpus humilitatis in quo nati sumus: si quis consideraverit istud: *Nemo purus à sordibus, neque si vna dies fuerit vita eius; numerabiles autem menses ejus*; videbit quonam modo nati sumus cum impuritate & præputio cordis nostri. Vt autem simplicius aliquod exemplum proponatur, quod possit vos adducere ad præputium cordis cognoscendum, addam vt in prima ætate falsæ omnino opiniones gignantur in anima. Neque enim fieri potest, vt à sui exordio vera pura dogmata capiat homo, sed priùs excogitavit Deus verbum historiæ & Scripturæ secundùm textum, vt nutriret eum, qui secundùm carnem Abrahamo natus est, in iis primùm qui secundùm carnem sunt sermonibus ac nasceretur primus qui ex ancilla est, vt post hunc nasci posset is qui ex libera, & per promissionem existit. Si hoc intellectum fuerit ad quid assumptum sit, potest intelligi præputium cordis ante circumcisionem prognatum. Oportet igitur nos assumere sermonem qui expurget dogmata, & auferat omnia quæ secundùm falsam opinionem nobis innata sunt. Hoc igitur est deponere præputium cordis nostri. Si enim cor in nobis obtinet principatum, ibi sunt intellectiones è quibus pravæ exeunt cogitationes. Is qui aufert pravas cogitationes, præputium cordis aufert. Qui deponit falsam opinionem, circumcidit præputium cordis sui, & fit vir Iuda, & habitator Ierusalem, purè circumcisus. Si quis verò non deposuerit præputium cordis sui, videamus quid ipsi hic sermo comminetur. *Ne quando*, inquit, *egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendetur, & non erit qui extinguat*. Egreditur itaque, sicut ignis, indignatio Domini super eos qui non sunt circumcisi Deo, super eos qui non deposuerunt præputium cordis sui, & non est qui extinguat à facie nequitiæ adinuentionũ ipsorũ. Ignis iste materiã habet nequitiã adinventionũ ipsorũ. Vbi non est nequitia adinventionũ, non habet ignis quod depascatur. Porrò materiam istius ignis esse nequitiam adinventionum, audi Prophetam dicentem, *Et non erit qui extinguat à facie nequitiæ adinventionum vestrarum: annuntiate in Iuda, & in Ierusalem audiatur*: dicite,

Ephes. 2, 3.

Ierem. 4, 4.

Ierem. 4, 4, 5.

A σεως ἐλήλυθε, τοῦτο περιαιρεῖ ἡ περιτομή· εἰ ποίων περιαιρεῖσθαι κελεύει ὁ λόγος τὴν ἀκροβυστίαν. * τί δήποτε περιαιρεθῆναι δεῖ, ἵνα τις περιτέμνεται τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας; ἐάν τις * νοήσῃ. ἤμεθα τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί. ἐάν τις νοήσῃ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἐν ᾧ γεγεννήμεθα. ἐάν τις νοήσῃ τὸ· οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' εἰ μία ἡμέρα εἴη ἡ ζωὴ αὐτοῦ· ἀριθμητοὶ δὲ μῆνες αὐτοῦ. ὁρᾷ τίνα τρόπον γεγεννήμεθα μετὰ ἀκαθαρσίας καὶ ἀκροβυ-

B στίας τῆς καρδίας ἡμῶν· ἵνα δὲ καὶ τὸ πλέκτερον παράδειγμα λεχθῇ, δεῦρο ἄμφω περιαγαγεῖν * ὑμᾶς τοῦ ἰδεῖν τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας, περιθέσθαι ὅπου καὶ τὴν πρώτην ἡλικίαν ψευδοδοξίαι πάντες γίνονται ἐν τῇ ψυχῇ· ἃ δὲ τί ἐστιν ἀρχήθεν ἀληθῆ δόγματα * καθαρὰ λαβεῖν τὸν ἄνθρωπον, προενόησε δὲ ὁ θεὸς λόγον ἱστορίας καὶ γραφῆς τῆς καὶ τὸ ῥητὸν, ἵνα θρέψῃ, τὴν καὶ σάρκα γεγεννημένον τοῦ Ἀβραάμ, ἐν τοῖς καὶ σάρκα πρώτοις λόγοις, καὶ γένοιτο πρῶτος ὁ ἐκ τῆς παιδίσκης, εἰς ὃ δυνηθῆναι μετὰ τοῦτον γεννηθῆναι τὴν τῆς ἐλευθέρας. καὶ τὴν ἀφ' τῆς ἐπαγγελίας· εἰ νενοήκαμεν τοῦτο ἀφ' οὗ παρελήφθη, δυνάμεθα νοεῖσθαι ἡ ἀκροβυστία τῆς καρδίας προγινομένη τῆς περιτομῆς· χρεία δὲ ὑμῖν τὸν λόγον ἀφαιρεῖν τὰ καθαίροντα τὰ δόγματα, καὶ περιαιρεῖν πάντα τὰ φύσει καὶ ψευδοδοξίαν ἐν ἡμῖν· τοῦτο δὲ ἐστὶ τὸ ἀποθέσθαι τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ἡμῶν· * εἰ γὰρ καρδία ἐστὶν ἔχουσα κατὰ ἡμᾶς ὁ ἡγεμο-

C νικόν, ἔνθα ἐστὶ τὰ νοήματα ὅθεν οἱ ἀφαλογισμοὶ ἐξέρχονται οἱ πονηροί, ὁ περιαιρεῖ ὑμῶν τοὺς ἀφαλογισμοὺς τοὺς πονηρῶς, τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας περιαιρεῖται, ὁ ἀποτιθέμενος τὴν ψευδοδοξίαν, περιτέμνεται τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας αὐτοῦ, καὶ γίνεται ἀνὴρ ἰούδα, καὶ κατοικεῖ ἱερουσαλὴμ, καθαρῶς περιτεμνόμενος· ἐὰν δέ τις μὴ ἀποθέσθαι τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας αὐτοῦ, ἴδωμεν τί ἀπειλεῖ αὐτῷ ὁ λόγος· μή πως ἐξέλθῃ, φησὶν, ὡς πῦρ ὁ θυμός μου, καὶ

E ἐκκαυθήσεται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων· ἐξέρχεται ἐν ὡς πῦρ ὁ θυμὸς τοῦ κυρίου ἐπὶ τοὺς μὴ περιτμηθέντας τῷ θεῷ, ἐπὶ τοὺς μὴ ἀποθεμένους τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας αὐτῶν, καὶ οὐκ * ἔσται ὁ σβέσων ἀπὸ προσώπου πονηρίας ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν· ὃ πῦρ ἐκεῖνο ὅλον

ἐκ τὴν πονηρίαν τῶν ἐπιτηδευμάτων * αὐτῶν· ὅπου οὐκ ἔστι πονηρία ἐπιτηδευμάτων, οὐκ ἔχει ὃ πῦρ ὅπου νεμηθῇ· ὅπου δὲ ἡ ὕλη ἐκείνου τοῦ πυρὸς ἡ πονηρία ἐστὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἄναψε τὸν κλῖνον προφήτου λέγοντος· καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων ἀπὸ προσώπου πονηρίας ἐπιτηδευμάτων * ὑμῶν· ἀναγείλατε ἐν τῷ ἰούδα, καὶ ἐν ἱερουσαλὴμ ἀκουσθήτω. εἴπατε, ἀναγείλατε, σημάνατε

Cod. Par. τῶν κακῶν ἐννοιῶν τῶν κακῶν ἐνεργειῶν, ὁ λόγος ὅτι τὸ περιαιρεῖ, Cod. Par. αὐτοῦ τῶν.

Cod. Par. ὑμᾶς

Cod. Par. καὶ ἀγνοίας

Cod. Par. λέγει

Cod. Par. ἐξ

Cod. Par. ὑμῶν

Cod. Par. ἐστὶ

Cod. Par. ὑμῶν, ὅτι

Cod. Par. ὑμῶν

σάλπιγξι ὅτι τῆς γῆς, καὶ κεκράξατε μέγα· A *annuntiate, significate tubâ super terram, & clamate fortiter.* Hæc, inquit, quæ annuntiata sunt dicite in Iuda, iis qui de tribu Iuda sunt Christi. Manifestum enim est Servatorem nostrum ex tribu Iuda exortum esse. *Significate tubâ super terram.* Sermo sublimis excitans auditorem, præparans ipsum ad bellum contra passiones, ad bellum contra instinctus virtutum adversariarum; præparans ipsum ad festa cælestia: (ad vtraque enim hæc dicuntur:) accipitur pro tuba in Numeris. Istiusmodi sermo tuba est, qualem mihi, & si cui alteri, præcipit hic sermo: datur autem volenti & quærenti sensum Scripturarum. Iubet fieri tubas argenteas ductiles. Sic ait hic sermo, *Significate tubâ super terram, & clamate fortiter; dicite, Congregamini; & ingrediamur in civitates muratas.* In ciuitatem muris carentem non vult nos intrare sermo Dei, sed in muratam. Ecclesia viventis Dei murata est veritate verbi. Hic enim murus est in Psalmo 17. quia etiam murus est Deus. *Assumentes fugite in Sion.* Quotquot estis extra Sionem, *assumentes fugite in Sion, festinate, nolite stare.* Qui proficitis, festinate in speculam; *quia mala ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam* malorum ingruentium ab Aquilone. Aquilo est adversarij, vti sæpè dictum est. Si quis repertus fuerit minimè festinans, neque ingrediens in ciuitates muratas, cùm non sit in Ecclesia Dei, sed foris stet, ipse ab hostibus comprehensus è medio tolletur. Quis sit hostis videamus ex sequentibus quomodo describatur; *Ascendit leo de cubili suo, exterminans Gentes leuavit se.* Hic est hostis quem oportet nos fugere. Leo nos persequitur: quis iste? Petrus nos docet dicens, *Adversarius noster diabolus tamquam leo rugiens circuit quærens quem devoret; cui resistite fortes in fide.* &, iuxta nonum Psalmum, *insidiatur in abscondito, insidiatur vt leo in spelunca sua.* Et insidiatur hic leo non interdiu, sed quando nox fit. Nam, iuxta Psalmum 103. *posuisti tenebras, & facta est nox: in illâ pertransibunt omnes bestiæ siluæ: catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi.* Ascendit igitur leo de spelunca sua: vbi? quando? deorsum cecidit, in infima terræ descendit. *Ascendit leo de cubili suo.* Homo sublimior Diabolo: præstantior enim illo es, quicumque tandem sis: ille per malitiam deorsum est. Ascendit igitur vt leo de cubili suo exterminate Gentes: extulit se ascendens de cubili suo, loco proprio supplicij sui. *Exterminans Gentes leuauit*

Ierem. 4, 5.

Ierem. 4, 6.

Ierem. 4, 7.

1. Pa. 5, 8

Psalm. 9, 30.

Psalm. 103, 20.

Ierem. 4, 7.

τοῦτό, φησι· τὰ * ἀπαγγελλόμενα εἴπατε ἐν τῷ ἰούδᾳ, τοῖς ἀπὸ τῆς φυλῆς τοῦ ἰούδα τοῦ χριστοῦ· φανερὸν γὰρ ὅτι ἐξ ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ σωτὴρ * ἡμῶν· σημάνατε σάλπιγξι ὅτι τῆς γῆς· ὁ λόγος ὁ ὑψηλὸς ὁ διεγείρων τὴν ἀκροατὴν, ὁ παρασκευάζων αὐτὸν εἰς τὸν πόλεμον τῶν παθῶν, εἰς τὸν πόλεμον τῶν τῆς ἀρετῆς ἐνεργειῶν τῆς * ἀντικειμένων δυνάμεων. ὁ παρασκευάζων αὐτὸν εἰς τὰς ἑορτὰς τὰς θείας. εἰς ἀμφότερα γὰρ τὰ τοῦ λόγου. * παραλαμβάνεται σάλπιγξ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς· ὁ τοίνυν τοῦ λόγος σάλπιγξ ἐστὶν, οὗ ἐμοὶ κελεύει ὁ λόγος, καὶ εἰ τινι ἄλλῳ. δίδοται γὰρ τῷ βουλομένῳ καὶ ζητήσαντι τὴν τῶν γραφῶν· κελεύει ποιῆσαι σάλπιγγας ἀργυρᾶς ἐλατάς· ὅτῳ φησὶν ὁ λόγος· σημάνατε σάλπιγξι ὅτι τῆς γῆς, καὶ κεκράξατε μέγα. εἴπατε, συνάχθητε. καὶ εἰσέλθωμεν εἰς τὰς πόλεις τὰς τειχήρεις· εἰς ἀπείρατον πόλιν οὐ βούλεται ἡμᾶς εἰσελθεῖν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, ἀλλ' εἰς τετειχισμένην· οὐ ἐκκλησία τοῦ ζῶντος θεοῦ τετειχισμένη ὑπὸ τῆς ἀληθείας τοῦ λόγου· ὅτος γὰρ * ὅτι ὁ τοῖχος ἐν τῷ ιζ ψαλμῷ. ὅτι καὶ τεῖχός ἐστιν ὁ θεός· ἀναλαβόντες φύγετε εἰς σιών· ὅσοι ἐστὲ ἔξω τῆς σιών, ἀναλαβόντες φύγετε εἰς σιών. σπεύσατε, μὴ στῆτε· οἱ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, σπεύσαιτε ὅτι ὁ σκηπτοῦχος. ὅτι κακὰ ἐγὼ ἐπάγω ἀπὸ βορρᾶ, καὶ συντριβὴν μεγάλην τῶν ἐπαγομένων κακῶν ἀπὸ βορρᾶ, βορρᾶ τὸν ἀντικείμενον, ὡς πολλάκις λέλεκται· ὃς ἐὰν εὑρεθῇ μὴ σπεύσας, μηδὲ εἰσελθὼν εἰς τὰς πόλεις τὰς τειχήρεις, μὴ ἡμόμενος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἔξω ἑστηκώς, αὐτὸς ὑπὸ τῶν πολεμίων καταληφθεὶς ἀναιρεθήσεται· * τίς ἐστὶν ὁ πολέμιος ἴδωμεν ἐκ τῶν ἑξῆς τίνα τρόπον λέγεται· ἀνέβη λέων ἐκ τῆς μάνδρας αὐτοῦ, ἐξολοθρεύων ἔθνη ἐξῆρεν. οὗτός ἐστιν ὁ πολέμιος ὃν δεῖ ἡμᾶς φυγεῖν. λέων ἡμᾶς καταδιώκει. τίς οὗτος; πρὸς ἡμᾶς διδάσκει λέγων· ὁ ἀντίδικος * ὑμῶν διάβολος ὡς λέων ὠρυόμενος * περιπατεῖ ζητῶν τινα * καταπιεῖν. ὦ ἀνθρωπίνη τρεῖς * ἐν τῇ πίστει. καὶ, κατὰ τὸν ψαλμὸν, ἐνεδρεύει ἐν ἀποκρύφῳ, ἐνεδρεύει ὡς λέων ἐν τῇ μάνδρᾳ αὐτοῦ· καὶ ἐνεδρεύει ὅτος ὁ λέων ἐκ * ἡμέρας, ἀλλ' ἐπὶ νύκτα· κατὰ γὰρ τὸν ψαλμὸν, ἔθηκας σκότος, καὶ ἐγένετο νύξ· ἐν αὐτῇ διελεύσονται πάντα τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ, σκύμνοι ὠρυόμενοι * ἁρπάσαι, καὶ ζητῆσαι παρὰ τοῦ θεοῦ βρῶσιν αὐτοῖς· ἀνέβη οὖν λέων ἐκ τῆς μάνδρας αὐτοῦ· τί; ποῦ; καὶ ὅτι ποιῶν, εἰς τὸ κατώτατα τῆς γῆς κατελήλυθεν· ἀνέβη λέων ἐκ τῆς μάνδρας αὐτοῦ· * αὐθέντης αἰωνίου τοῦ διαβόλου, κρείττων γὰρ εἶ αὐτοῦ, ὁποῖος ἐὰν ᾖς· ἐκείνος δὲ τῷ κα-

Ierem. 4, 5.

Ierem. 4, 6.

Ierem. 4, 7.

1. Pa. 5, 8

Psalm. 9, 30.

Psalm. 103, 20.

Ierem. 4, 7.

* Cod. Vat. ἐπεσκεμ.

* Cod. Vat. ἀντικείμενον. ὁ

* Cod. Vat. ἀνὰ σφραγ.

* Cod. Vat. ὅτι τὸ ζῆν ὁ ἐν ἀναστάσει φεύγω

* Cod. Vat. τὸ δὲ ἐστιν

* Cod. Vat. ἀνθρω-

* Cod. Vat. ἐν τῇ πίστει

* Cod. Vat. ἡμέρας

* Cod. Vat. ἐν τῷ ὀρθρῷ

* Cod. Vat. ἐν τῷ θεῷ

* Cod. Vat. ἀνωτέρω τοῦ ἀνθρώπου

se: exivit de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinem. Vult inuadere terram tuam, de qua breviter dicebamus: vnumquemque nostrum vult depascere. Venit itaque vt ponat terram tuam in solitudinem, vt conculcet semina leo, vt faciat terram tuam solitudinem: *Et ciuitates tuæ destruentur, eò quòd non habitentur: super his: accingite vos ciliciis.* Cùm igitur ascenderit leo, & minetur tibi leo, & velit abolere terram tuam, accingere cilicio, plora & dole, per preces Deũ invoca, vt leonem hunc exterminet à te, & non incidas in os eius. Quemadmodũ enim cùm extrahit pastor de ore leonis duo crura, vel ansam auriculæ, ità hic leo quærit auribus te arripere, vt per gulositatem tuã sermones falsos tibi obiiciens avertat te à veritate; vult rapere à veritate pedes tuos ac devorare. Verùm tu accinge te cilicio, & plange, & plora, & vlula videris hostem imminentem, vt avertatur furor Domini à te, & averso furore, in securitate constitutus, leone non ampliùs te invadente, quòd in civitatem muratam ingressus sis, glorificare possis liberantem te Deum in Christo Iesu; cui est honor & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Ierem. 4, 7, 8.

κίων κάπροβῆτον· αἴρει ὃν λέων ἐκ τῆς μανδρας αὐτοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἔθνη· ἐξῆρεν ἀφανεῖς ἐκ τῆς μανδρας αὐτοῦ, τόπον τοῦ οἰκεῖν τῇ κοιλίᾳ τῇ ἑαυτοῦ· ἐξολοθρεῦσαι ἔθνη ἐξῆρεν· ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, θεῖναι πλὴν γῆν σου εἰς ἐρήμωσιν· βούλεται εἰσελθεῖν σε εἰς τὴν γῆν, καὶ εἰς ἐρήμωσιν βασιλέως ἐλέγομεν· ἕκαστον ἡμῶν βούλεται νεμηθῆναι· ἔρχεται ἐν τῷ θεῖναι τὴν γῆν σου εἰς ἐρήμωσιν, ἵνα καταπατήσῃ τὰ σπέρματα σου· λέων, ἵνα ποιήσῃ ἔρημον σε τὴν γῆν σου· καὶ πόλεις σου καθαιρεθήσονται, καθὼς ὁ μὴ κατοικούμενος αὐτάς· ὑπὲρ τούτοις περιζώσασθε σάκκους· ἐπεὶ ἐν ἀνέβη λέων, καὶ ἀπειλεῖ σοι λέων, καὶ βούλεται σε ἀφανίσαι τὴν γῆν σου περιζώσασθαι σάκκον, κλαῦε καὶ πένθει, ὅταν ὁρᾷς ὀργὴν καταπαύσει τὸν θεὸν, ἵνα πάλιν τὸν λέοντα ἐξολοθρεύσῃ ἀπὸ σοῦ, καὶ μὴ ἐμπέσῃς αὐτοῦ εἰς τὸ στόμα· οὐ γὰρ ὅταν ἐκπαύσῃ ὁ πολεμῶν ἐκ τοῦ στόματος λέοντος δύο σκέλη, ἢ λαβὸν ὠτίον. ὅταν ὁ λέων ζητῇ τοῦ ἁρπάσαι τὸν λαβεῖν, ἵνα λάβῃ τοὺς λογισμοὺς σου λόγους ψευδεῖς σοι, καθὼς ἐκκόψῃ σε ἀπὸ τῆς ἀληθείας. βούλεται σε ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἁρπάσαι τοὺς πόδας, καὶ καταφαγεῖν· ἀλλὰ σὺ περίζωσαι σάκκους, καὶ κόπτου, καὶ κλαῦε, καὶ ἐλέησε βλέπων τὸν πολέμιον· τὸν ἐπιστρόφα, ἵνα ἀποστραφῇ θυμὸς ὀργῆς κυρίου ἀπὸ σου, καὶ ἀποστραφέντος τοῦ θυμοῦ. δικαιωθῆς ἐν ἀμεριμνίᾳ γενόμενος, μηκέτι τοῦ λέοντος ἐπιστρεφομένου σοι, τοῦ σε εἰσπηδήσαι εἰς τὴν πεπυργωμένην πόλιν, δοξάζῃς τὸν ῥυόμενόν σε θεὸν ἐν χριστῷ ἰησοῦ, ᾧ ἐστὶν ἡ δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν·

HOMILIA VI.

in istud:

Ierem. 5, 3.

Domine oculi tui ad fidem;
& cætera.

ΟΜΙΛΙΑ ϛ'.

Εἰς τό.

Κύριε οἱ ὀφθαλμοί σου εἰς πίστιν.
& τὰ ἑξῆς·

Interprete BALTHAZARE CORDERIO.

D*omine*, inquit, *oculi tui ad fidem.* Sicut oculi erant super iustos (nam ab iniquis avertit eos;) sic oculi erant ad fidem: ab infidelitate enim avertit illos. Quamobrem pulchrè dictum ab intelligente, quid dicat in oratione, *Domine oculi tui ad fidem.* Quoniam sermonem sapientem si audierit intelligens, laudabit illum, & ad eum adjiciet. Vide quanta possint effici ab isto: *Domine oculi tui ad fidem.* Paulus ait: *Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: major autem horum est charitas.* Sicut oculi Domini ad fidem, oculi Domini ad spem, oculi

2. Cor. 23, 13.

Κύριε, φησὶν, οἱ ὀφθαλμοί σου εἰς πίστιν· ὡς οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ὑπὲρ δικαίους· ἀπὸ γὰρ ἀδίκων ἀποστρέφει αὐτούς· ὅτως οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου εἰς πίστιν· ἀπὸ γὰρ ἀπιστίας ἀποστρέφει αὐτούς· διὸ καλῶς λέλεκται παρὰ τοῦ νοοῦντος τι λέγει ἐν τῇ διάνοιᾳ τό· κύριε οἱ ὀφθαλμοί σου εἰς πίστιν· ἐπειδὴ λόγον σοφὸν ἐὰν ἀκούσῃ ὑπακούσῃ, αἰνέσει αὐτὸν, καὶ ἐπ' αὐτὸν προσθήσει· ὅρα πόσα δύναται ποιῆσαι ἀπὸ τοῦ· κύριε οἱ ὀφθαλμοί σου εἰς πίστιν· φησὶν ὁ παῦλος· νυνὶ δὲ μένει τὰ τρία ταῦτα, πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη· μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη· ὡς ὀφθαλμοὶ κυρίου εἰς πίστιν, ὀφθαλμοὶ κυρίου εἰς ἐλπίδα,

ὀφθαλμοὶ

ὀφθαλμοὶ κυρίου εἰς ἀγάπην· ἐπεὶ δέ ἐστι πνεῦμα δυνάμεως, καὶ ἀγάπης, καὶ σωφρονισμοῦ. ὡς ὀφθαλμοὶ κυρίου εἰς ἀγάπην, οὕτως ὀφθαλμοὶ κυρίου εἰς δυνάμιν, οὕτως οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου εἰς σωφρονισμόν, ὀφθαλμοὶ κυρίου ὅτι δικαιοσύνῃ, οὕτως ὅτι πάσας ἀρετὰς ὀφθαλμοὶ κυρίου· εἰ οὖν βούλει καὶ σὺ τὰς ἀκτῖνας τῶν νοητῶν ὀφθαλμῶν τοῦ θεοῦ φθάσειν ὅτι σε, ἀπόλαβε τὰς ἀρετάς. καὶ ἔσῃ ὡς τὸ. κύριε οἱ ὀφθαλμοί * σου εἰς ἔκαστον ὧν ἐὰν κτήσῃ ἀγαθῶν· καὶ ἐὰν τηλικοῦτος ᾖς, ὡς τοὺς ὀφθαλμοὺς κυρίου ἐλλάμπειν σοι, ἐρεῖς. ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς ὁ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε· εἶτα τοῦτο τῶν ἁμαρτωλῶν ἴδωμεν ὁ λεγόμενον. ἐμαστίγωσας αὐτούς, καὶ οὐκ ἐπόνησαν· αὐτῶν αἱ αἰσθήσεις μάστιγας ζῶσι προσφερόμενοι σώμασιν, εἴτε βούλονται, εἴτε μὴ βούλονται οἱ μαστιγούμενοι, πόνον ἐμποιοῦσιν αὐτοῖς. οἱ δὲ τοῦ θεοῦ μάστιγες πεπαυμένοι εἰσὶν, ὥστε τινὰς μὲν τῶν μαστιγουμένων πονεῖν, τινὰς δὲ τῶν μαστιγουμένων μὴ πονεῖν· ἴδωμεν εἰ δυνάμεθα διηγήσασθαι, τί ἐστι τὸ πονεῖν ὑπὸ μαστίγων θεοῦ, καὶ τί τὸ μὴ πονεῖν, καὶ ὅτι κακοδαίμονες οἱ μὴ πονοῦντες ὑπὸ μαστίγων θεοῦ· μακάριοι δὲ οἱ πονοῦντες ὑπὸ μαστίγων θεοῦ· φησὶ γὰρ ἡ σοφία· τίς δώσει ὅτι τοῦ λογισμοῦ μου, μάστιγας, καὶ ὅτι τῶν χλεόων μου σφραγῖδα * πανόρατον, ἵνα ὅτι τοῖς ἀγνοήμασί μου μὴ φείσωνται, καὶ αἱ ἁμαρτίαι μου μὴ ἀπολέσωσί με; πόθεν τοῦ· τίς δώσει ὅτι τοῦ λογισμοῦ μου μάστιγας; οὐκοῦν εἰσὶ μάστιγες τοῦ λογισμοῦ μου· αἱ μάστιγες τοῦ θεοῦ τοῦ λογισμοῦ μου· λόγος γὰρ καταβιβάζει τὴν ψυχὴν, καὶ εἰς συνίσιν ἀπτῶν ἄγων τῶν ἡμαρτημένων, μαστιγοῖ. μαστιγοῖ δὲ τὸν μακάριον πονοῦντα ὅτι τοῖς μάστιξι. καθικνεῖται γὰρ * αὐτοῦ τὰ λεγόμενα, καὶ οὐκ ἐξουθενίζει τὴν ἔλεγχον τὰ αὐτοῦ· ἐὰν δέ τις εἴπῃ, ἵν' ὅτι εἴπω, ἀναίσθητος; λεχθήσεται πρὸς αὐτοῦ· ἐμαστίγωσας αὐτούς, καὶ οὐκ ἐπόνησαν τοῦ αὐτοῦ λόγου λεγομένου ἐλεγκτικῶς. φέρε εἰπεῖν ὅτι * τοῦ μὴ καθίκεσθαι τοῦ πόνου τῆς ἀνωδύνου * μὴ ἀλγήσῃ, ὥστε λεχθήναι πρὸς αὐτοῦ· ἐώρακας ὡς κατενύγη ὁ δεῖνα. ὁ δέ τις τῶν ἀνωδύνων μὴ ἀλγήσῃ; ἀλλὰ ἀναισθητεῖ τῶν ἐλεγχόντων; δῆλον ὅτι λεχθήσεται πρὸς τοῦ μηδ' αἰσθανομένου. ἐμαστίγωσας αὐτούς, καὶ οὐκ * ἐπόνησαν· ἴδωμεν δέ, εἰ ἔχομεν καὶ * ἑτέραν αἰτίαν τοῦ τοιούτου· γίνονταί τινες ἐν τοῖς σώμασι μερῶν τινων νεκρώσεις καὶ ξηρότητες. καὶ πολλάκις τοιαῦτα πάσχει τὰ νενεκρωμένα μέλη πρὸς τὰ ζῶντα. ὥστε προσαγομένων μὲν τῶν πόνων ποιῆσαι δυναμένων τῶν ζώντων μέ-

A Domini ad charitatem. Cæterùm cùm sit spiritus fortitudinis, & dilectionis, & temperantiæ; sicut oculi Domini ad dilectionem, sic oculi Domini ad fortitudinem; sicut oculi Domini ad temperantiam, oculi Domini ad iustitiam, sic ad omnes virtutes sunt oculi Domini. Si igitur volueris & tu radios spiritalium oculorum Dei ad te pertingere, assume virtutes; & erunt juxta illud, Domine oculi tui ad vnumquodque eorum si possederis bonorum. Et si istiusmodi sis, vt oculi Domini illuceant tibi, B dices, *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Psal. 4, 7. Deinde de peccatoribus videamus quod dictum est, *Flagellasti eos, & non doluerunt.* Ierem. 5, 3. Sensibilia hæc flagella viuis corporibus adhibita, sive velint, sive nolint flagellati, dolorem ipsis infligunt: at Dei flagella sunt istiusmodi, vt aliquos quidem flagellatorum dolore afficiant, quosdam verò flagellatos minimè affligant. Videamus si exponere valeamus, quid sit illud dolere à flagellis Dei, & quòd non dolere, & quòd infelices non doleant à flagellis Dei. Beati autem qui dolent à flagellis Dei. Ait enim C Sapientia, *Quis dabit super cogitatu meo flagella, & super labia mea signaculum astutum, vt in ignorationibus meis non parcant, & peccata mea non perdant me?* Eccl. 23, 2. Attende illud, *Quis dabit super cogitatu meo flagella?* Ergò sunt flagella quæ cogitationem flagellent. Flagella Dei cogitatum flagellant. Sermo enim animum pungit, & in conscientiam ipsam adducit peccatorum, flagellat; flagellat autem beatum dolentem ex flagellis: dicta enim ipsum feriunt, & increpantem minimè contemnit aut à se repellit. Quando autem quis repertus fuerit, vt sic dicam, D insensibilis, dicetur de ipso: *Flagellasti eos, & non doluerunt*; eodem sermone increpatoriè allato; verbi gratiâ de eo qui mente non compungitur, quòd conscientiam peccato aliquo habeat commaculatam, hoc dictum, si quispiam auditorum non doleat; ita vt de ipso dici possit: Vidisti vt compunctus sit hic, vel ille; iste autem quidam auditorum minimè doleat, sed non sentiat increpationes? manifestum est de illo, qui nullum doloris sensum admittat, dici posse: *Flagellasti eos, & non doluerunt.* Videamus E porrò, vtrum habeamus etiam aliam expositionem. Accidunt in corporibus nonnullæ quarumdam partium mortificationes ac siccitates: & sæpenumerò istiusmodi membra mortificata præ vivis multa patiuntur; ita vt applicitis quidem crucia-

tuum instrumentis vivo membro dolorem ille cui admoventur percipiat, ijsdem verò dolorificis insensibili membro admotis minimè sentiat; quandoquidem in illo insit mortificatio. Ista si in corpore perspicias, ad animam transfer; & considera quamdam quoque animam esse suis quasi membris mortificatam, ita vt flagellorum sensum non percipiat, quantumvis molesta quædam inferantur. Dissecabitur anima illa, sed ad sensum non reducetur; alia verò ad sensum revocabitur, & quodammodò fortassis plus tristatur de eo quòd non sentiat. Siquidem vt sentiat, qui non sentit dolorifica sibi applicita, optat potiùs dolere si molesta inferantur, cùm hoc signum sit ipsum vivere, ægrè ferens se molestias non percipere. Quemadmodum nempe hoc fit in corporibus, ita existimo in illo: *Vellent, si forent ambusti*, istiusmodi quidpiam declarari: quasi dicas: igne applicito alicui non capienti sensum adustionis, vellent illi, facta comparatione sentientium & non sentientium in doloribus, sentire potiùs in igne, quàm non sentire. Etiam optarit vtique quispiam, istius ignis adusti comparatione ad peccatorem accommodatâ, sentire potiùs quàm non sentire. Hæc dicta

Iterum, 5, 3. sunt propter istud: *Flagellasti eos, & non doluerunt; consummasti eos, & noluerunt recipere disciplinam.* Quando provisor vniversorum Deus pro animæ salute purgantia propinat, tunc ipsam consummavit. Intelliges autem illud: *Consummasti eos, & noluerunt recipere disciplinam*, ab exemplo ejus qui tradit scientiam, & ejus qui nolit scientiam ab eo qui tradit recipere. Omnia enim quæ sua sunt faciat præceptor, omniáque consummet ad scientiæ traditionem, ille autem dictata minimè accipiat; dixerim vtique de istiusmodi præceptore: Consummasti istum, & noluit recipere disciplinam. Quando igitur à providentia in nos fiunt omnia, vt consummemur, & perficiamur, nos autem non recipimus ea quæ sunt providentiæ nos ad perfectionem attrahentis, Deo ab intelligente dici posset: *Domine consummasti eos, & noluerunt recipere disciplinam: firmaverunt facies suas super petram.* Cognosces hoc etiam à crassioribus peccatoribus, siquidem aliqui audientes increpatoria verba, erubescunt de peccato, & subiguntur, & succumbunt sermoni increpatorio quo perstringuntur: alij verò sunt istiusmodi, vt robore careant, nec revereantur illa de quibus reprehenduntur, in

A λει ἀλγεῖν ἐκεῖνον ᾧ προσάγεται ὁ ποιῶν πονεῖν, προσαγομένων δὲ τῷ ποιοῦντι πονεῖν τῷ μέλει τῷ ἀναισθήτῳ οὐκ ἀλγεῖται ἐκεῖνος. ὅταν ἡ νεκρότης περὶ αὐτόν· ταῦτα εἰ οὖν ἴδοις ὅτι τοῦ σώματος, μετάθες ὅτι πρὸς ψυχήν. καὶ ὅρα, ὅτι ὅστί τις καὶ ψυχὴ νεκρωμένη τὰ μέλη, ὥστε μὴ ἀλγεῖν ἀπὸ τῆς μαστίγων, κἂν ὁτιοῦν τοιοῦτον προσφέρηται τινα. * ἀφορισθήσεται, ἀλλ' οὐκ ἀναστήσεται, ἡ δεῦνα ψυχή. ἄλλη δὲ ἀναστήσεται, καὶ τάχα

B * ὡς προσλυπεῖται μᾶλλον ὅτι τοῦ μὴ ἀλγεῖν· * εἰ γὰρ ὅτι τοῦ αἰσθάνεσθαι, ὁ μὴ ἀναδυόμενος ἀπὸ πόνων αὐτοῦ, προσφερομένων, θυμούμενος μᾶλλον πονεῖν εἰ προσάγοιτο τὰ ὁτιοῦν, ἐπεὶ σημεῖον ὅτι τοῦτο τὸ ζῆν αὐτόν, ἀνιώμενος ὅτι * τὸ μὴ αἰσθάνεσθαι ὅτι τοῖς ὁτιοῦν· ὥσαυτως δὴ τοῦτο γὰρ ὅτι τῷ σωμάτων, ἔστι νομίζω ἐν τοῦ· * θελήσωσι, εἰ ἐθέλουσι πυρίκαυστοι, τοιοῦτόν τι δηλῶσαι. οἷον, τοῦ πυρὸς προσφερομένου τινὶ, ὃ μὴ ἀναδυομένου τοῦ καιομένου, θελήσωσι ἐκεῖνοι * κατα-

C λαβόντες σύγκεισιν μὴ ἀναδυομένων ὅτι τοῖς ἀλγηδόσι καὶ ἀναδυομένων, μᾶλλον ἀναδύεσθαι ὅτι τοῦ πυρὸς, ἢ μὴ ἀναδύεσθαι· καὶ οὕτως ὥστε, * προσαγομένου κάκείνου τοῦ συγκεκρυμμένου πυρὸς ὅτι τοὺς ἁμαρτωλοὺς, ἀναδύεσθαι μᾶλλον ἢ μὴ ἀναδύεσθαι· ταῦτα ἀφ' ὧν ἐμάστιγωσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐπόησαν. συνετέλεσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι παιδείαν· ὅτι * καθαρτικὴ ποιεῖ ὁ

D * τὸ τε αὐτῷ συνετέλεσε· νοήσῃς δὲ· συντελέσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι παιδείαν, ἀπὸ παιδεύματος τοῦ κυρίου τὸ παιδεύοντα τῷ ὑπεκήμενῳ, καὶ τὸ μὴ βουλόμενον παιδεύεσθαι τῷ ὑπεκήμενον ἀπὸ τοῦ παιδεύοντος· πάντα γὰρ τὰ παρ' * αὐτὸν ποιεῖ τῷ ὁ διδάσκαλος, καὶ συντελεῖ πάντα εἰς παίδευσιν ὑπεκήμενος, ἐκεῖνος ὁ μὴ παιδευόμενος τὰ λεγόμενα. εἴποιμι ἂν ἐπὶ τοῦ τοιούτου τοῦ διδασκάλου. συνετέλεσας τόδε, καὶ οὐκ ἠθέλησε δέξασθαι παιδείαν· ἐπὰν ὦν τὰ ἀπὸ τῆς προνοίας γίνηται πάντα εἰς ἡμᾶς, ἵνα συντελεσθῶμεν, καὶ τελειωθῶμεν, ἡμεῖς ὁ μὴ παιδευόμεθα τὰ τῆς προνοίας τῆς ὑπὲρ τελειότητα ἡμᾶς ἑλκούσης, λεχθείη ἂν ὑπὸ τοῦ νοοῦντος τοῦ

θεῷ· κύριε συνετέλεσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι παιδείαν. ἐστερέωσαν τὰ πρόσωπα αὐτῶν· ἐπὶ πέτραν· νοήσῃς καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς σωματικωτέρων τῆς ἁμαρτανόντων. οἱ μὲν ἀκούοντες λόγους ἐλεγκτικοὺς, ὅτι τῇ ἁμαρτίᾳ ἐμυθριῶσι, καὶ καταδυόνται, καὶ ὑποπίπτουσι ἀκουομένῳ τοῦ λόγου τοῦ ἐλεγκτικοῦ αὐτῶν. οἱ ὁ ποιοῦτοί εἰσιν, ὥστε αὐτοὺς ἀπρυθριάστους εἶναι, μὴ

αἰδημόνας ἐφ' οἷς ἐλέγχονται, ἐφ' οἷς ἠμῦρ- A
τήκασιν· εἴποις ἂν ἐν τοῖς τούτων οἱ οὐκ αἰδοῦν-
τες· ἐτεροίωσαν τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὑπὲρ πέτ-
ραν· εἰ γινώσκεις ὅτι τοῦ σώματος πρὸς αὐτὸ, με-
τάβα μοι τῷ λόγῳ ὅτι * πρὸς ψυχὴν, νοήσας
τὴν ψυχὴν πρόσωπον τοῦτο ὃ λέγομεν· τότε ὁ πρόσωπον
πρὸς πρόσωπον. καὶ ὅσα ψυχὴν τρέπει, ὁποία
μοι ἡ καρδία φαίνεται * ἐσκληρυμμένη, ἄρτι αὐ-
τὴν ὅτι * τοῖς ἀπαγγελλομένοις ἐπίστευε αἰτίαν
πτυ-
μορφυμένοις καὶ τὰ ἀπαγγελλόμενα. * οὐκοῦν καὶ B
εὑρήσεις ὅτι ἀρμόζει τὸ· ἐτεροίωσαν τὰ πρόσωπα
αὐτῶν ὑπὲρ πέτραν, καὶ οὐκ ἠθέλησαν ὑπο-
στρέφειν· καὶ γὰρ εἶπα· ἴσως πτωχοί εἰσιν, ὅτι
οὐκ ἠδέλησαν γνῶναι ὁδὸν κυρίου, καὶ κρίσιν
θεοῦ· πορεύσομαι πρὸς τοὺς ἄνδρας, καὶ λαλήσω
αὐτοῖς· ταῦτα νοήσας περὶ τῶν μὴ θελόντων
παιδεύεσθαι, μὴ νοούντων ὅτι τοῖς μάστιξι τοῦ
θεοῦ. φησὶ νενοηκὼς τὸ τούτων ἄπορον, πτωχή ἐστιν
αὐτῶν ἡ ψυχή· καὶ γὰρ εἶπα· ἴσως πτωχοί εἰσι,
διότι οὐκ ἠδυνήθησαν, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν ὁδὸν C
κυρίου, καὶ κρίσιν θεοῦ; πορεύσομαι πρὸς τοὺς
ἄνδρας, καὶ λαλήσω αὐτοῖς· οἱ ἄνδρες τοῖς ψυ-
χαῖς ἐν ἐπαίνῳ λέγονται. καὶ παρέλκει γὰρ ὁ
ἄνδρα σωφρόνα ὀνομάζεσθαι, * καὶ ὁ μεγαλεῖον
τῆς λογικῆς ψυχῆς· ὅταν γὰρ τις μεγάλοις
ἐπιβάλλῃ πράγμασι, καὶ πρεπόντως ἔχῃ ἀξιο-
λόγως, καὶ σκοπεῖ ἀεὶ τὰ δίκαια, πῶς βιώσῃ
καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον, μηδὲν ταπεινὸν καὶ μικρὸν
θέλων, μηδὲ ὁρῶν, ὁ τοιοῦτος ὁ ἄνδρα καὶ ὁ
μεγαλεῖον ἔχει ἐν τῇ ψυχῇ· ἔστι δὲ, ἐπεὶ ἦσαν D
πτωχοί, οἱ πρότερον οὓς ἔφυγεν ὁ λόγος· οὐκ
ἤκουσαν, φησὶν ὁ προφήτης. διὰ τοῦτο οὐκ
ἤκουσαν ἐπεὶ πτωχοί εἰσι· πορεύσομαι πρὸς
τοὺς ἀδεοὺς, καὶ λαλήσω αὐτοῖς· καὶ εἰ ἔστι μακά-
ριον τοῦ) ὅτι τοῦ λόγου εἰς ὦτα ἀκούοντων, μα-
κάριόν ἐστιν ἐὰν πορεύσῃ πρὸς ἄνδρα, καὶ μεγάλα
ἀκέρατος· διὰ τοῦτο τοῦτο ὅτῳ λεγομένων,
εἰδότες ὅτι ἡ ζημία τοῖς λέγουσιν, ὅσον τοῖς
ἀκούσιν ἐστι, ὁ μὴ πειθόμενος τὰ ἀπαγ-
γελλόμενα. * δὲ καὶ κατηγορεῖ πτωχείας τοῦ τοῦ αὐτοῦ καὶ τῆς διανοίας. πειθόμενος ἀπὸ
τοῦ λαβεῖν αὐξοντος τοῦ λόγου ἐν ἡμῖν ἀνδρότητα καὶ μεγαλειότητα ἐν χριστῷ ἰησοῦ, ἵνα ἀκού-
σαι τῶν ἱερῶν καὶ ἁγίων λόγων δυνηθῶμεν, ᾧ ἡ δόξα καὶ ὁ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.
ἀμήν.

A quibus peccaverant. De illis itaque qui non verentur dixeris: *Firmaverunt facies suas super petram.* Vbi hoc in corporeis intellexisti, transi ratione ad animam, intelligens faciem de qua dicitur: *Tunc autem facie ad faciem*: & vide animam duram (quale erat cor Pharaonis induratum) ita vt etiam monentibus refractaria resistat, & quasi rejiciens ea quæ dicuntur, secundùm monita minimè formetur: illi enim reperies congruere illud: *Firmaverunt facies suas super petram, & noluerunt reverti. Et ego dixi:* B *Fortasse inopes sunt, quia noluerunt cognoscere viam Domini, & judicium Dei; ibo ad optimates, & loquar eis.* Hæc cùm intellexeris de ijs qui nolunt instrui, nec cognoscunt de flagellis Dei; causam, inquit, horum percipies, quia inops est ipsorum anima. *Et ego dixi. Fortasse inopes sunt, quia non potuerunt, quia non cognoverunt viam Domini, & judicium Dei; ibo ad optimates, & loquar eis.* Optimates animis ad laudem dicuntur; nam & apud Græcos ἀνὴρ *solidum* seu optimum nominatur, etiam id quod magnum & præstans est animæ rationalis. Quando enim C quis magna opera aggreditur, & propositiones habet laudabiles, sempérque se decentia spectat, qui ex recta ratione vitam instituat, nihil humile ac parvum cupiens, neque spectans, istiusmodi quidpiam optimum ac magnificum habet in anima. Hi itaque, quòd essent inopes, sunt primi quos hic sermo reprehendit. Non audiverunt, inquit Propheta; idcircò non audierunt, quia inopes sunt: *Ibo ad optimates, & loquar eis.* Et si beatum est verba facere ad aures audientium, felix est si quis nanciscatur optimatem, & magnum auditorem. Idcircò his ita dictis, scientes non tantum damnum esse dicentibus, quantum audientibus, cum non recipiuntur quæ annuntiantur: (quare incusat inopiam mentis & intelligentiæ ipsius:) vt verbum capiat incrementum, excitabimus in nobis generositatem & animi amplitudinem, vt sacra sanctáque verba excipere valeamus in Christo Iesu; cui honor & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

1. Cor. 13. 12.

Ieremi. 5. 3.

HOMILIA VII.

in istud:

Ierem. 5, 18. 19. *Et erit in diebus illis, dicit Dominus Deus tuus, non percutiam vos in consummationem.* usque ad istud: *Sic servietis alienis in terra non vestra.*

ΟΜΙΛΙΑ Ζ.

Εἰς τό·

Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέραις ἐκείναις, λέγει κύριος ὁ θεός σου, ὃ μὴ παιδεύσω ὑμᾶς εἰς συντέλειαν. μέχρι τοῦ· οὕτως δουλεύσετε ἀλλοτρίοις ἐν γῇ οὐχ ὑμῶν·

Interprete BALTHAZARE CORDERIO.

QVi supplicio afficiendos judicat sensim Deus, dat locum pœnitentiæ, & non simul atque peccatur puniens, infert consummationem pœnæ peccatori: quamobrem paulatim puniendo punit. Atque hujus exemplum extat in Levitico; nam in legem prævaricantium diris post priores
Levit. 26. 21 pœnas adscriptum reperitur: *Et erit, si post hæc non fueritis conversi, dicit Dominus, adjiciam vobis plagas septem.* Et rursus aliud sup-
Ibid. 23. plicium enarrat: *Et erit, si post hæc non fueritis conversi, sed ambulaveritis erga me obliqui, ambulabo & ego vobiscum furore obliquo.* Et reperies Deum supplicia parcè admetiri (vt qui velit ad conversionem adducere peccatorem) & non omnia confertim retribuere. Istiusmodi igitur qualia in textu circa populum contigerunt, etiam comminitans ipsis sermo quæ post ista passuri sint ait: *Et erit in diebus illis, dicit Dominus Deus tuus, non percutiam vos in consummationem.* Hæc maximè pertinent etiam ad futura supplicia. Cæteroquin qui potest ab his quæ in hac vita circa populum contigerunt, ad illa quoque transeat. Ego certè persuasus dixerim, sicut exemplo & vmbræ serviunt supercælestium; ita in exemplum & vmbram verorum suppliciorum, punitum esse populum illum pro peccatis suis; ita vt omne supplicium, quod circa populum illum in lege ac Prophetis descriptum est, verorum suppliciorum vmbram exhibeat. Vt igitur illis consummatio super peccatis nondum obtigit, sed in fine aliquando obtinget; ita nec fortè erit etiam post exitum super peccatores supplicium. Cæterùm consummatio super Ierusalem, quando etiam erat captivitas Nabuchodonosoris, & tunc dixerit quispiam, quia neque tum consummatio: sed neque sub Maccabæis. At consummatio populo adfuit in adventu Domini mei Iesu Christi. Quamdiu enim non dixerat ipsis

Ο Κείνων τῷ βραχὺ θεὸς τὸν κολαζόμενον, δίδωσι τόπον μετανοίας, καὶ οὐχ ἅμα τῷ ἁμαρτάνοντι κολάζων, φέρει τὴν συντέλειαν τῆς κολάσεως ὀλίγον τῇ ἡμαρτηκότι. Διὰ τοῦτο τῷ βραχὺ * κολάζων κολάζει· καὶ * τοῦτο ὁ τοιοῦτόν ἐστιν ἐν τοῖς λευιτικοῖς. ἐν γὰρ τοῖς τῶν παραβαινόντων τὸν νόμον ἀρᾶς ἀναγέγραπται μετὰ τὰς κολάσεις τὰς πρότερας· καὶ ἔσται, ἐὰν μετὰ ταῦτα μὴ ὑπογραφῆτε, λέγει κύριος, προσθήσω ὑμῖν κατὰ πληγὰς ἑπτά· καὶ πάλιν διηγεῖται ἄλλην κόλασιν· καὶ ἔσται, ἐὰν μετὰ ταῦτα μὴ ὑπογραφῆτε, ἀλλὰ πορεύσησθε πρός με πλάγιοι, κἀγὼ πορεύσομαι ὑμῖν θυμῷ πλαγίῳ· καὶ εὑρήσεις τὸν θεὸν ὀλιγοχρόνια κολάσεις μετὰ φειδοῦς * οὐ βαλόμενον εἰς ὑπογραφὴν ἀναγκῆν τὸν ἡμαρτηκότα, καὶ σὺ * ἀνδρώας πάσας ἀποδιδόντα· τοιαῦτα ἂν * ὅσα ὑπὲρ τῶν ῥητῶν ἐμφανεῖ τὸν λαόν, καὶ ἀπαλλῶν αὐτοῖς ὁ λόγος ἃ πείσονται μετ' ἐκεῖνα φησι· καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, λέγει κύριος ὁ θεός σου, ὃ μὴ παιδεύσω ὑμᾶς εἰς συντέλειαν· * ταῦτα μάλιστα φαίνει καὶ ὅτι τοῖς μελλήσασι κολάσεις· εἰ δὲ μὴ ὁ δεινὰ πάθοι ἀπὸ τῶν ἐν τῷ βίῳ συμβεβηκότων τοῖς τὸν λαόν, μεταβάτω καὶ ἐπ' ἐκείνας· ἐγὼ γὰρ παρόμοιος εἴπειμι, ὅτι ὡς ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λαμβάνομεν τῶν ἐπουρανίων. οὕτως ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ τῶν ἀληθινῶν κολάσεων ἐκολάσθη ὁ λαὸς ἐκεῖνος ὅτι τοῖς ἁμαρτήμασιν ἑαυτῶν. ὡς εἰς πᾶσαν κόλασιν, τὴν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφήτας ἀναγεγραμμένην τοῖς τὸν λαόν, τοιαύτην σκιὰν κολάσεων ἀληθινῶν· * ὥστε οὐ ἐκείνοις συντέλεια ὅτι τῆς ἁμαρτίας * οὔπω γέγονεν, ἀλλ' ὅτι τέλει ποτε. οὔπω μήποτε ἔσται καὶ μετὰ τὴν ἔξοδον ὅτι τοὺς ἡμαρτηκότας κόλασις· συντέλεια δὲ ὅτι τῇ ἱερουσαλὴμ, ὅτε καὶ ἡ αἰχμαλωσία * οὐ τοῦ Ναβοχοδονόσορ, καὶ τότε ἐρεῖ τις, ὅτι οὐδὲ τότε συντέλεια. ἀλλ' οὐδ' ὅτι τοῖς μακκαβαίοις· ἀλλὰ συντέλεια τῷ λαῷ ὅτι τῆς τοῦ κυρίου μου ἰησοῦ χριστοῦ παρουσίας· ὅσον γὰρ οὐκ ἔλεγεν αὐτοῖς ὁ σωτήρ·

Cod. Va. Cod. Va. Cod. Va.

* Cod. Vat. ἐκεῖνος, ὃν ἀφίεται

ἰδὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος * ὑμῶν ἔρημος, ὅτι ἠφίετο. ὅτε γὰρ ἔκλαυσεν ὑπὲρ τοῦ ἱερουσαλὴμ λέγων· ἱερουσαλὴμ, ἱερουσαλὴμ, ἡ τοὺς προφήτας ἀποκτείνουσα, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτοῦ, ποσάκις ἠθέλησα ὑπισχνάσαι τὰ νοσσία ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτῆς, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; ἰδὺ ἀφίεται * ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. ἀφέθη ὁ οἶκος, κεκύκλωται ὑπὸ στρατοπέδων ἱερουσαλὴμ. ὡς ἀφεθέντος τοῦ οἴκου, καὶ ἤγγισεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς· εἶτα μὴ τὸ ἐκείνου πρόσταγμα * ἦλθεν ἡ σωτηρία ἡμῖν τοῖς ἔθνεσιν· ἐκλαμβάνω δὲ ἐν ἐκείνοις, καὶ σωτηρία οὐκ ἔφθανεν ἐπ' αὐτοὺς, ἕως τῆς τοῦ κυρίου ἰησοῦ * ἐπιδημίας· σκοπῶ μὴ ποτε καὶ περὶ ἡμᾶς τοιαῦτά ἐστι, καὶ κολάσεις τινὲς γένωνται. ὥστε τοὺς μὲν πίσαν ἔχειν δευτέρων κολάσεων, ἀλλὰ ἀρκεσθῆναι ταῖς πρώταις. ἄλλους μὲν ἔχειν καὶ ὑπὲρ τὰς δευτέρας, καὶ μίαν καὶ ὑπὲρ τὰς τρίτας. ἄλλους μὲν ἐλεύσεσθαι καὶ ὑπὲρ τὰς τετάρτας· ὁ γὰρ προσθήσω πληγὰς ἑπτὰ, ὁ, τί ποτε μυστήριον, δηλοῖ μιᾶς πληγῆς γενομένης. καὶ δευτέρας καὶ τρίτης, μέχρι τοῦ * εἰρηκέναι ἑπτὰ ὑπὲρ τινας· καὶ πάντες μὲν ἑπτὰ πληγὰς πληγήσονται· ἀλλ' οἶμαί τινας πληγήσεσθαι πληγὰς ἕξ, ἄλλους πέντε, ἄλλους τέσσαρας, ἄλλους τρεῖς, ἢ δύο, τοὺς δὲ πάντων ὑποδεεστέρους ἐν κολάσεσι πληγῶν νομίζω πληγήσεσθαι μίαν. οἶδεν δὲ ὁ θεὸς καὶ τὰ περὶ τοῦ πλήγου. διὰ γὰρ τοῦτο ἐνδείκνυται τοῦ ἀρχαίου τοῦ ἀναγνώσματος· καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ταῖς περὶ τοῦ εἰρηκέναι, καὶ μὴ ποιήσω ὑμᾶς εἰς σωτηρίαν· ἀλλ' ὅτι ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις σωτήρια, εἰσὶ γὰρ τινες ἡμέραι, ὅτε ποιήσει εἰς ποιήσει σωτηρίαν· καὶ ἔσται ὅταν εἴπητε· τίνος, ἕνεκεν ἐποίησε κύριος ὁ θεὸς ἡμῖν * πάντα τὰ ταῦτα; καὶ ἐρεῖς αὐτοῖς· ἀνθ' ὧν ἐγκατέλιπετέ με, καὶ ἐδουλεύσατε θεοῖς ἑτέροις ἐν τῇ γῇ ὑμῶν, ὅτι * δουλεύσετε ἀλλοτρίοις ἐν γῇ οὐκ ὑμῶν· ὁ ῥητὸν νοηθήσεται, καὶ ἀρκεῖ ὑπὲρ τοῦ παρόντος τοῦ ὑπομνήσαι τοῖς ἀκούειν δυναμένοις ἐκ τοῦ ῥητοῦ προσεχῶς· ἀκούσῃ οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ τοῦ ἁλίου γένους, τὸν ναὸν * εἶχον τὸν οἶκον τοῦ προσευχοῦς. ἐδεῖ αὐτοὺς λαμβάνειν τοῦ θεοῦ. προσλαμβάνοντες δὲ τὰς θείας ἐντολὰς, καὶ εἰδωλολατρεῖν, καὶ τὰ εἴδωλα * προσλαμβάνουν τοῦ ἔθνους, εἰδώλων ἀξίους ἑαυτοὺς ἐποίουν, καταλυθεῖσαι ἐκεῖ ὅπου προσκυνοῦν τὰ εἴδωλα· ἐγκατελίπετέ με, καὶ ἐδουλεύσατε θεοῖς ἀλλοτρίοις * ἐν γῇ ὑμῶν· πᾶς γὰρ ὁ δεισιδαίμων, δουλεύει θεοῖς ἀλλοτρίοις· ἐκβάλλεις τὰ βρώματα καὶ τὰ πόματα; θεὸς σοῦ ἐστιν ἡ κοιλία· π-

* Cod. Vat. ἰδοὺ ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος

* Cod. Vat. τοῦ πρόσταγμα

* Cod. Vat. τοῦ κυρίου ἰησοῦ ἐπιδημίας

* Cod. Vat. τοῦ εἰρηκέναι ἑπτὰ τινας

* Cod. Vat. ἕνεκεν τοῦ ἐποίησε κύριος ὁ θεὸς ἡμῖν τὰ πάντα ταῦτα

* Cod. Vat. δουλεύσετε θεοῖς

* Cod. Vat. εἶχον τὸν οἶκον τοῦ προσευχοῦς

* Cod. Vat. τοῦ θεοῦ προσλαμβάνουν, ὡς γίνεται ὅτι ἐν τοῖς βασιλείοις, καὶ ἐκκλησίαις ἐκκλησιάζουν

A Servator: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*, non fuit derelicta: quando autem flevit super Ierusalem dicens: *Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluistis? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*; relicta est domus, circumdata est ab exercitibus Ierusalem: vtpote relictâ domo etiam desolatio eius appropinquavit. Deinde post illorum prævaricationem nobis Gentibus salus advenit: Illi itaque puniebantur, & non pervenit ad illos consummatio vsque ad Domini Iesu mei adventum. Considero autem ne fortè etiam circa nos talia fiant, & punitiones aliquæ existant; ita vt aliqui quidem secundarum non capiant experimentum, sed primis contenti sint; alij verò etiam perveniant ad secundas, quin imò & ad tertias; alij porrò ad quartas etiam. Illud enim: *Adjiciam plagas septem*, mysterium aliquod declarat, nempe vnâ alteraque plagâ etiam tertiâ illatâ, vsque ad dictum numerum septem quasdam irrogari. Non omnes tamen septem plagis feriuntur; sed opinor quosdam feriri plagis sex, alios quinque, alios quatuor, alios tribus aut duabus, omnium autem postremos in supplicijs existimo feriri plaga vnicâ. Novit igitur Deus etiam quæ ad plagas pertinent; quamobrem scriptum hic sub initium lectionis: *Et erit in diebus illis*, de quibus dictum, *non faciam vos in consummationem*. Sed non in diebus illis consummatio. Sunt enim quidam dies, quando faciet quos faciet consummationem. *Et erit quando dixeritis, Cur fecit Dominus Deus noster nobis omnia hæc? & dices eis: Pro eo quòd dereliquistis me, & servivistis diis alijs in terra vestra; sic servietis alienis in terra non vestra.* Textus hic intelligatur, & sufficit in præsentiarum admonitionem audire valentibus ex hoc textu proponere. Nimirum filij Israël terram sanctam, & templum habebant domum orationis: oportebat illos servire Deo; ast divina mandata prævaricantes, etiam idola coluerunt, & idola Gentium assumpserunt, idolis dignos semetipsi reddiderunt, vt ejicerentur in terram idolorum, vt ibi essent vbi idola colebant. Ait igitur hic sermo illis quoad textum: *Pro eo quòd dereliquistis me, & servivistis dijs alienis in terra vestra.* Omnis autem qui quidpiam deificat, servit dijs alienis. Esculenta & poculenta vt deum colis? deus tuus venter est.

Matth. 23. 38.

Matth. 23. 37.

Levit. 26. 21

Ierem. 5. 19.

Pecuniam ceu magnum bonum atque divitias terrenas æstimas? deus dominúsque tuus mammonas est: Iesus namque ipsum avarorum Dominum appellavit dicens: *Non potestis Deo servire & mammonæ. Nemo potest duobus dominis servire.* Itaque qui pecuniam honorat, & divitias admiratur, eásque recenset in bonis, & divites deorum instar excipit, & pauperes tamquam non habentes Deum suum vilipendit, hic pecuniam deificat. Si quis in terra Dei Ecclesia existens adoraverit deos alienos, deificans illa quæ honore divino indigna sunt, ejiciétur in terram alienam, & adoret deos, quos intus existens adorabat. Foris sit avarus ab Ecclesia ejectus. Gulosus similiter foris sit extorris ab Ecclesia. Hæc secundùm vnam tropologiam, ne modò ea quæ supra meipsum sunt curiosè scruter, & circa terram,

Luc. 16. 11. de qua Servator dixit; *Quod vestrum est quis dabit vobis?* Et quoniam facta adoratione in terra alicujus alieni, ita Deus ordinavit vt ejicerentur aliqui è terra sua, & abirent

Baruch 3, 9. in terram de qua scriptum est: *Audi Israël: Quid quòd in terra inimicorum es? computatus es cum descendentibus in infernum: dereliquisti fontem vitæ Dominum: in via Dei si ambulasses, habitasses vtique in pace in sæculum.* Nunc igitur in terra aliena versamur, & optamus contrarium facere, vt fecerant filij Israël in terra sancta: nam illi quidem aliena in terra sancta fecerunt, alienos adorarunt; nos autem in aliena terra alienum à terra adoramus Deum, alienum à negotijs terrenis. Siquidem hic regnat Princeps hujus sæculi, & ab illius filijs alienus est Deus. Cum autem dixi alienum, non hoc dico, quòd mundum non creaverit; sed alienum à domino iniquitatis, alienum à peccatis præsentibus. Etenim à negotijs peccati alienum in terra hac afflictionis adorare volentes Deum, quid agamus inspiciamus. Non

Psalm. 136. 4. dicimus: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Hunc ipsum locum quærimus ad cantandum canticum Domini, locum adorandi Dominum Deum nostrum in terra aliena. Quis igitur hic locus? inveni ipsum. Venit in hanc gerens corpus vivum, qui assumpsit corpus peccati in similitudine carnis peccati, vt in hoc ipso loco per eum qui peregrè advenit Christum Iesum, qui & delevit principem sæculi hujus, & abolevit peccatum, hic possim adorare Deum, & posteà adorem in terra sancta. Si enim quis adorans idola in terra sancta able-

A μᾶς τὸ ἀργύριον ὡς μέγα ἀγαθὸν καὶ τὸ * πλοῦτον τὸ κόσμου; θεός σός ἐστιν ὁ μαμωνᾶς καὶ κύριος. ἰησοῦς γὰρ αὐτὸν εἶπε κύριον τῶν φιλαργύρων φάσκων· οὐ δυνάσθε θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ· οὐδεὶς δυνάσται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ὁ οὖν τιμῶν ὁ ἀργύριον, καὶ θαυμάζων τὸ πλοῦτον, καὶ νομίζων ἀγαθὸν αὐτὸν εἶναι, καὶ ἀποδεχόμενος τοὺς πλουσίους ὡς θεοὺς, τοὺς δὲ πενιχρὰς ὡς μὴ ἔχοντας τὸν θεὸν αὐτῶν ἐξουθενῶν, οὗτος θεοποιεῖ τὸ ἀργύριον· ἐὰν τις ἐν τῇ γῇ τοῦ θεοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ τυγχάνων * προσκυνῇ θεοῖς ἀλλοτρίοις, θεοποιῶν τὰ μὴ θεοποιείας ἄξια, ἐκβληθήσεται εἰς γῆν ἀλλοτρίαν, καὶ προσκυνήσει τοὺς θεοὺς, οὓς ἔνδον προσκυνοῦσι τὸν ἡμόνιμος· ἔξω φιλάργυρος ἔστω ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐκβλητός· γαστρίμαργος * ὁμοίως ἔξω ἔστω τῆς ἐκκλησίας ἡμόνιμος· ταῦτα κατὰ μίαν τροπολογίαν, ἵνα μὴ νῦν περιεργάζωμαι τὰ ὑπὲρ ἐμαυτὸν, καὶ περὶ τῆς γῆς, περὶ ἧς εἶπε σωτήρ· τὸ ἡμέτερον τίς δώσει ὑμῖν; καὶ ὅτι

B

E ἄργυρον, λίθον τίμιον. ἢ μόνα δὲ φημὶ τοῦτα. ἀλλ' ἔστω σε ἔχειν καὶ ξύλα, ἢ χόρτον, καὶ καλάμην, τί βούλει σοι γενέσθαι μὲ τὴν ἔξοδον; πότερον ποτε εἰσελθεῖν εἰς τὰ ἅγια μὲ τὰ ξύλου σε, καὶ μὲ τὸ χόρτου σε, ἢ τὴς καλάμης, ἵνα μιάνῃς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ; ἀλλὰ

πάλιν ἀπομεῖναι θέλεις ἀφ' τ χόρτου, ἀφ' τὰ ξύλα, ἀφ' τῶν καλάμων ἐν τῷ πυρί, ἢ μηδὲν ἀπολαβεῖν παρὰ τοῦ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθου τιμίου; οὐδὲ τοῦτο δίκαιον· τί οὖν πρῶτον ἀκολουθεῖ ἀπολαβεῖν ἀφ' τὰ ξύλα; δῆλον ὅτι ὁ πῦρ ὁ καταλίσκων τὰ ξύλα, καὶ τ χόρτον καὶ τῶν καλάμων· ὁ θεὸς γὰρ ἡμῶν τὴν οὐσίαν λέγει τοῖς συνιέναι δυναμένοις πῦρ εἶ) καταναλίσκων. καὶ ἐπάταξεν με ὅ τι καταναλίσκων ὁ προφήτης λέγων· ὁ θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκων. ἡμῖν γὰρ καταλείπει ποιεῖν, ὅτι εἶπεν, ὁ θεὸς πῦρ ἐστι καταναλίσκων· ἐστί τί ὁ καταναλισκόμενον· τί οὖν ἐστι ὁ καταναλισκόμενον; ἢ γὰρ ὁ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν καταλίσκει, ἀλλὰ τ ἐποικοδομηθέντα χόρτον, τὰ ἐποικοδομηθέντα ξύλα, τῶν ἐποικοδομηθεῖσαν καλάμων· ὁ τόπος ἐν δυσθήνητος πρόσθεν. ἐπαγγελίαι ἦσαν, καὶ μετὰ τὰς ἐπαγγελίας λέγει· καὶ ἀποδώσω πρῶτον διπλᾶς τὰς ἀδικίας αὐτῶν· ἀναγκαίως προσκείται ὁ πρῶτον· πρῶτον γὰρ τὰ τῆς ἀδικίας, εἶτα τὰ τῆς δικαιοσύνης ἀποδίδοται· ἢ γὰρ ἀνάπαλιν ὁ θεὸς ἀποδίδωσιν· εἰ πρῶτον ἀποδίδοτο ἀγαθά, ἵνα ἀπολάβωμεν τὰ κακά, νῦν γὰρ ἀποδίδωσι τὰ κακά, ἵνα δῷ λάβῃ τὰ ἀγαθά, ἵνα ἀπολάβωμεν τὰ κακά, ἵνα τέλος λάβῃ ἀφ' τῆς ἀφανισμοῦ τῶν κακῶν τὰ τῆς καλῆς τῶν παθόντων, ἵνα μὴ πάντα ἀπὸ τῶν τὰ ἀγαθά· διὸ δὴ καὶ ἐν τ ἱερᾷ γραφῇ τ θεὸν λέγοντα πρῶτον τὰ δοκοῦντα εἶ) σκυθρωπότερα, καὶ μὴ τὰ δοκοῦντα κρείττονα· ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῶν ποιήσω, πατάξω, κἀγὼ ἰάσομαι· αὐτὸς ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν, ἔπαισε, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἰάσαντο· ὅτι τούτοις δεῖ τ νοοῦντα, καὶ ἀφικόμενον πρὸς τὰ λεγόμενα εἰπεῖν· κύριε τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου; ἢ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου; πορευόμενος ἄμωμος, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην. λαλῶν ἀλήθειαν ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ. ὃς οὐκ ἐδόλωσεν ἐν γλώσσῃ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐποίησε τῷ πλησίον αὐτοῦ κακὸν, καὶ ὀνειδισμὸν οὐκ ἔλαβεν ὅτι τοὺς ἔγγιστα αὐτοῦ· ἡμεῖς γὰρ ὀνειδίζομεν καὶ τοὺς μετανοοῦντας καὶ ὑπεστρέφοντας, λεγόντος τῆς γραφῆς· μὴ ὀνείδιζε αὐθέφτον ἀποστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας· ὀνειδισμὸν οὐκ ἔλαβεν ὅτι τοὺς ἔγγιστα αὐτοῦ. ἐξουδένωται ἐνώπιον αὐτοῦ πονηρευόμενος. τοὺς γὰρ φοβουμένους κύριον δοξάζει· πάντες ἐν οἱ ἔχοντες ὕλην ἁμαρτήματα ἡμῶν· ἀλλ' ἔρει τις τῶν ἀκουόντων με τὰς ἁμαρτίας πρῶτον, ἵνα ἐπὶ λάβω τὰς ἁμαρτίας, μὴ τὸν πληρωθῇ ὁ πρῶτα τοῦ ἀποστόλου εἰρημένον· ἑ πνος ὁ ἕρχον καταγνώσεται, ὀνειδισθήσεται. αὐτὸς γὰρ σωθήσεται, ὅτως γὰρ ἀς

A stipulam foris residere? & pro auro, argento, & lapide pretioso nihil mercedis accipere? Sed neque hoc æquum est. Quid igitur sequitur, nisi vt primum propter ligna ignis tibi detur, qui consumat lignum, fœnum, vel stipulam? Deus quippe noster apud eos qui possunt intelligere divina, ignis dicitur esse consumens. Et cum dicat Propheta: *Deus noster ignis consumens est*, non appositit quid consumat, tibi derelinquens de manifestioribus intellectum. Neque enim id quod ad imaginem & similitudinem suam permanet, ignis iste consumit, non proprias creaturas; sed superædificata ligna, fœnum, stipulam. Locus est difficilis, & ad interpretandum nimij sudoris egens, vt cum primis secunda consentiant. Repromissiones legimus, & post prospera repente tristia prædicantur: *Et retribuam*, inquit, *illis primum duplices injustitias eorum*; necessario appositum est, *primum*: primùm quippe propter injustitias tormenta perpetimur, deinde propter justitiam coronamur. Neque enim è contrario ante tribuenda sunt justa, & sic reddenda peccata, vt cessantibus bonis vitia æterna permaneant, sed ante recipiemus mala, & deinde bona, vt sublatis vitijs virtutes permaneant in æternum. Observa omnem thesaurum Scripturarum, & invenies semper Deum ea primum comminantem quæ tristia sunt, & ea deinceps inferentem quæ lætitiam præbeant audientibus. Occidit, & vivificat: percutit & sanat; ipse dolorem facit, & rursum restituit; percussit, & manus ejus sanaverunt. Super his ergo, qui justus est, intellectu pio considerans quæ dicuntur, ingemiscat, & dicat: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur*, inquit, *sine macula, & operatur justitiam, qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit adversus proximos suos.* Nos etiam non his opprobremus qui à peccatis ad pœnitentiam convertuntur, Scriptura dicente: *Ne improperes viro convertenti à peccatis. Opprobrium non accepit adversus proximos suos; ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus; timentes autem Dominum magnificat.* Omnes igitur quicunque materiam illius ignis habemus in nobis, primum recipiemus nostra delicta. Sed dicet mihi aliquis de audientibus; expone & id quod sequitur: *Duplices injustitias eorum.* Estò quippe, recipio mea peccata, vt compleatur id quod ab Apostolo dictum est: *Si cujus*

Deuter. 4. 24. Hebr. 12. 29.

Deuter. 32. 39.

Psalm. 14. 1, 2, 3.

Eccles. 8. 61

Psalm. 14. 5, 4.

ἐκείνου τοῦ πυρὸς, πρῶτον ἀπολαμβάνομεν τὰ δικαιοσύνης καὶ, δι πλάς· ἔστω γὰρ ἀπολαμβάνειν με τὰς ἁμαρτίας, μὴ τοῦτο πληρωθῇ ὁ πρῶτα τοῦ ἀποστόλου εἰρημένον· ἑ πνος ὁ ἕρχον καταγνώσεται, ζημιωθήσεται. αὐτὸς γὰρ σωθήσεται, ὅτως γὰρ ἀς

1.Cor.3,15. *opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem*: cur verò duplicia recipio peccata? Cui respondendum est, quia *Servus qui scit voluntatem Domini sui, & non facit eam, plagis vapulabit multis*: dignum siquidem est eos qui Gentes sunt, simplicia recipere peccata, & nos duplicia, dicente Apostolo: *Voluntariè peccantibus nobis post cognitionem veritatis jam vltra non remanet pro peccato hostia. Horribilis autem quædam expectatio judicij ignis, zelus comedere habens adversarios.* Prophetatum est de his qui à peccatoribus & venatoribus de profundo in montibus sunt abstracti, quomodo recipiant primum duplicia peccata sua. Posthæc de vocatione Gentium prophetatum est, non eorum qui necdum cognoverunt Christum, sed qui jam vocati sunt, vt sciant laudes referre pro gratia: & in Ecclesia consistentes confiteantur, & adorent nomen ejus. *Domine fortitudo mea, & adjutorium, & refugium meum in die malorum, ad te Gentes venient ab extremo terræ, & dicent, Quoniam falsa possederunt patres nostri simulacra, nec est in illis vtilitas.* Quomodo ab extremo terræ venerunt Gentes ad Dominum, & dixerunt, *Quoniam falsa possederunt patres nostri simulacra, nec est in illis vtilitas?* Quinam isti qui veniunt ab extremis? Sunt alij primi terræ; sunt alij novissimi. Qui sunt primi? Sapientes sæculi, nobiles, divites, optimates. Qui sunt extremi? Stulta mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ea quæ non erant, vt destruat quæ sunt. *Venient Gentes ab extremo terræ*: quasi dixerit: de his omnibus qui sunt novissimi super terram, de fatuis, de ignobilibus, de abjectis. *Et dicent; Quoniam falsa possederunt patres nostri simulacra, nec est illis vtilitas*: non quia vera sint idola, ad quorum distinctionem nunc falsa dicantur, sed idola quæ falsa sunt per naturam, nulla est in eis vtilitas. Si faciet sibi homo Deos, & isti non sunt Dij. Non solum de corporeis simulachris faciunt sibi homines Deos, sed & de corde confingunt: qui enim possunt simulare alium creatorem extra vniversitatis Deum, Spiritum sanctum, alium Christum, alia sæcula extra hæc quæ cernimus, ij omnes fecerunt sibi Deos, & adoraverunt opera manuum suarum. Omnes Philosophi qui varia dogmata prodiderunt; omnes hæretici qui auctores ad aliter credendum de Deo miseris mortalibus extiterunt, fecerunt sibi

Luc.12.47.

Heb.10.26, 27.

Ivom.16.19

A ἀλλ' πυρός· τί δήποτε διπλᾶς ἀπολαμβάνω τὰς ἁμαρτίας; ἀλλὰ λεκτέον, ὅτι δῆλος ὁ εἰδὼς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου, καὶ μὴ ποιήσας κτῆ τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται σφόδρα ὀλίγας, ἀλλὰ πολλάς· ἄξιον γὰρ ἐστὶ τοὺς μὲν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἁμαρτάνοντας ἀπολαμβάνειν ἁπλῶς τὰ ἁμαρτήματα, ἡμᾶς δὲ διπλᾶ ἡμῶν ἀπολαμβάνειν τὰ παραπτώματα· ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, οὐκέτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία, φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πυρὸς ζῆλος, ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ἐναντίους· προφητεύεται τὰ περὶ τῶν ἀλιευομένων καὶ ἐπιστρεφομένων, καὶ ἀπολαμβανόντων πρῶτον διπλᾶς τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· μετὰ ταῦτα προφητεύεται ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν σαφέστερον, οὐχὶ καταμανθάνοντων, ἀλλὰ κεκλημένων. καὶ οὐχὶ εἰδότων τί ἐξομολογήσονται, καὶ τί εὐχαριστήσουσιν, ἀλλ' ἤδη μεμαθηκότων. ἐν γὰρ τοῖς προτέροις μανθάνομεν, ὅτι σαλευθῆναι, ἠλιεύθησαν, ἐπιστρεφθῆναι, πιστεύσαι τε καὶ ἐν τοῖς ὑστέροις· ἴδωμεν τί προφητεύει περὶ ἡμῶν, ἤδη μαθηκόντων εὐχεσθαι, μᾶλλον δὲ μεμαθηκότων· κύριε σὺ ἰσχύς μου, καὶ βοήθεια μου, καὶ καταφυγή μου ἐν ἡμέρᾳ κακῶν. πρὸς σὲ ἔθνη ἥξουσιν ἀπὸ ἐσχάτου τῆς γῆς, καὶ ἐροῦσιν· ὡς ψευδῆ κατεσκεύασαν οἱ πατέρες ἡμῶν εἴδωλα, οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ὠφέλημα· ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς ἥλθον τὰ ἔθνη πρὸς τὸν θεόν, καὶ εἶπον τὰ ἔθνη· ψευδῆ κατεσκεύασαν οἱ πατέρες ἡμῶν εἴδωλα, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ὠφέλημα· πῶς ἀπὸ ἐσχάτου τῆς γῆς; εἰσί τινες τῆς γῆς πρῶτοι, καὶ εἰσί τινες τῆς γῆς ἔσχατοι· τίνες πρῶτοι; οἱ σοφοὶ τοῦ κόσμου, οἱ εὐγενεῖς, οἱ πλούσιοι, οἱ ἀξιωματικοί· τίνες οἱ ἔσχατοι; τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ θεός, τὰ ἀγενῆ, τὰ ἐξουθενημένα, τὰ μὴ ὄντα· ἥξουσιν δὲ ἔθνη ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς. ἀεὶ ἔλεγον, ἀπὸ τελευταίων τῶν ἐπὶ γῆς αἰνεσόμεν, ἀπὸ μωρῶν, ἀπὸ ἀγενῶν, ἀπὸ ἐξουθενημένων. καὶ ἐροῦσιν· ὡς ψευδῆ κατεσκεύασαν οἱ πατέρες ἡμῶν εἴδωλα, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ὠφέλημα· οὐχ ὅτι ὅτί τινα εἴδωλα ἀληθῆ, ὧν πρὸς ἀπαρίθμησιν λέγεται τὰ ψευδῆ, ἀλλὰ εἴδωλά τινα τῇ φύσει ὅτι ψευδῆ, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ὠφέλημα· εἰ ποιήσει ἑαυτῷ ἄν-

B

C

D

E

θρωπος θεούς, οὐ μόνον ἀπὸ τῶν ἀγαλμάτων ποιοῦσιν ἑαυτοῖς ἄνθρωποι θεούς, ἀλλ' οὐρανοῦ καὶ ἀπὸ τῶν ἀναπλασμάτων ποιοῦσιν ἀνθρώποις ἑαυτοῖς θεούς· ὅσοι γὰρ δυνάμεθα ἀναπλάσαι θεὸν ἕτερον, καὶ κοσμοποιΐαν ἄλλην, πρὸς τὴν ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἀναγεγραμμένην, καὶ ἄλλην οἰκονομίαν κόσμου, πρὸς τὴν ἀληθῆ. ὅσοι πάντες ἐποίησαν ἑαυτοῖς θεούς, καὶ προσεκύνησαν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν· τί, νοήσον μοι εἴτε ἐν ἕλλησι τοὺς γνήσιους δόγματα, φέρ-

εἰπεῖν, τῆς δὲ τῆς φιλοσοφίας, ἢ τῆς δὲ εἶπε ἐν τῇ
ὑρέσεσι τὰς ψυσάσας τοιούτους δόγματα. ὅτι
ἐπίνσαν ἑαυτοῖς εἴδωλα καὶ ἀναπλάσματα τῆς
ψυχῆς, καὶ γεγραφότες προσκυνήσαν τοῖς ἔρ-
γοις τῶν χειρῶν αὐτῶν, ἀποδεξάμενοι ὡς ἀλη-
θῆ τὰ ἴδια ἀναπλάσματα· πάντες οὖν τὸν
ἀληθινὸν, καὶ τὸν νοητὸν ποιήσαντα ἑαυτοῖς θεὸν,
διελέγχων ὁ λόγος φησὶν· εἰ ποιήσει ἄνθρωπος θεὸν,
καὶ ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοί· διὰ τοῦτο
ἐγὼ δηλώσω αὐτοῖς τὸν χειρά μου ἐν τῷ καιρῷ
τούτῳ. καὶ γνωρίσω αὐτοῖς καὶ τὸν δυνάμιν μου· B
ποίῳ καιρῷ, ἢ τούτῳ; δείκνυσιν ὁ τοῦ καιροῦ τῆς
παρουσίας τοῦ κυρίου, καὶ γνώσονται, φησὶν, ὅτι
ὄνομά μοι κύριος· εἶπα ἄλλη ἐστὶ προφητεία, ἣν
οὐκ οἶδ' ὅπως παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα οὐχ' εὕρομεν. εὕρομεν ὁ ἐν τῇ λειπαῖς οὐκ ἔδοσι, δη-
λονότι κειμένῳ ἐν τῷ ἑβραϊκῷ, καὶ τὸ πληρω-
θὲν γράμματον ἀναγκαιότατον, δυναμένων,
ἐὰν προσέχωμεν, ὑπτιοτέραν τὴν ψυχὴν
ἡμῶν· ὅτως ὁ ἐχὶ τὰ ῥήματα· ἁμαρτία ἰούδα
γέγραπται ἐν γραφίῳ σιδηρῷ, ἐν ὄνυχι ἀδα-
μαντίνῳ ἐγκεκολαμμένη ὑπὸ τὴν γνῶσιν τῆς καρ-
*vid. Nu. δίας αὐτῶν, * ὑπὸ τὸ ὀυχρότερον ἑαυτὸν ὑπο-
δῦναι· καὶ εἰπὼν περὶ τῶν ἰουδαίων ταῦτα γέ-
γραπται. ὅτι ἡ ἁμαρτία αὐτῶν γέγραπται·
ἀνὴ ἐὰν ἴδῃς, ὡς πολλάκις ἐδείξαμεν, ἰούδαν
ἐθνικῶς λεγόμενον τὸ γένος, μήποτε ἁμαρ-
τία ἰούδα ἡμῶν ἐστὶ, τῶν πιστεύοντων ὑπὸ τὸ γέ-
νος τὸ ἐκ φυλῆς ἰούδα. εἰ δὲ δύναται καὶ ἄλλως
ἀκούσαι μυστικώτερον, πάλιν περὶ ἰούδα προ-
φητεύει τῶν παλαιόντος, ὡς εἰ περὶ αὐτοῦ τὸν
προφητείαν λέγουσαν· ἁμαρτία ἰούδα γέγρα-
πται ἐν γραφίῳ σιδηρῷ, ἐν ὄνυχι ἀδαμαντίνῳ
ἐγκεκολαμμένη ὑπὸ τὴν γνῶσιν τῆς καρδίας αὐ-
τῶν· ἀνὰ πάλιν οὐκ ἀκολουθεῖ ἐπ' ἐκείνῳ τὸ,
αὐτῶν· μήποτε ὧν ἐφ' ἡμᾶς ἔλεγον, ἐὰν γενώ-
μεθα ἁμαρτωλοὶ, ταῦτα φθαίνειν τὰ προφη-
τευόμενα· ἡμαρτόμεν, καὶ ἡ ἁμαρτία ἡμῶν
οὐκ ἔξω ἡμῶν γέγραπται, ἀλλ' ἐν τῇ καρδίᾳ
ἡμῶν. καὶ γράφεται ἐν σιδηρῷ γραφίῳ, ἐν ὄνυ-
χι ἀδαμαντίνῳ· ὅπ ὁ τὰ ἁμαρτήματα ἃ
ἁμαρτάνομεν ἐγγράφεται εἰς ἡμᾶς ἀφ' τῶ E
ἁμαρτάνειν, ὥστε κἄν αὖθ αὖθ ὁ πρᾶγμα·
ἀ σκοπῶν ἐμφωτῷ τόδε ὁ πρᾶγμα, ἢ τὸν-
δε τὸν ἁμαρτίαν. ποιήσας αὐτὸν, ἐγὼ τύπον
αὐτῆς. καὶ οἱονεὶ γέγραπται ὁ τύπος αὐτῆς

A idola, & animi voluptatem putaverunt Deum, & conversi adoraverunt opus manuum suarum, putantes vera esse quæ finxerant. Omnes igitur tam de visibili materia, quam de falsis dogmatibus fingentes sibi Deos, corripit nunc sermo divinus dicens: *Si faciet sibi homo Deos, & isti non sunt Dij; propterea manifestabo illis in tempore isto opus manuum mearum, ostendam illis virtutem meam:* in quo tempore, nisi in isto, quo Salvator noster assumpsit corpus humanũ? *Et scient quia ego sum Dominus.* Deinde alia sequitur Prophetia, (quam nescio quare apud Septuaginta non invenientes, in cæteris Editionibus, quæ cum Hebræo consentiunt sermone reperimus;) quæ plena est necessarijs rebus, & tam vtilibus, vt possit si animus fuerit attentus, à vitijs revocare Lectorem. Sic autem sequitur: *Peccatum Iudæ conscriptum est stilo ferreo, in vngue adamantino, sculptum super pectus cordis eorum.* Quoniam difficile est aliquem se malum confiteri, ideo Iudæi qui exemplaria nonnulla falsarunt, etiam in hoc loco pro *peccato Iudæ, peccatum eorum* posuerunt. Sed si figuraliter C consideres (vt sæpe ostendimus) Iudam Christum nuncupari, forsitan peccatum Iudæ peccatum nostrum est, qui credimus in Christum de tribu Iuda, & ex ejus secundum carnem stirpe nascentem. Si autem volueris sacratius intelligere de proditore Iuda dictum: *Peccatum Iudæ scriptum est in stilo ferreo, in vngue adamantino, sculptum super pectus cordis eorum*, repugnabit tibi quod sequitur, *Eorum.* Igitur (vt supra diximus) super nos qui peccamus ista conveniunt, quorum peccata non forinsecus alicubi conscribuntur, sed in cordis conscientia, D stilo exarata ferreo, sculpta vngue adamantino. Quod autem peccata nostra scribantur in pectore, ex his quæ sequuntur intellige. Antequam peccatum faciam nulla in corde meo peccati imago versatur: cum autem conscientia peccati imaginem sumpserit, habeo formam illius, & semper ante oculos cordis mei delicti pompa depingitur. Et si quidem esset peccatum meum atramento conscriptum, forsitan delerem illud; nunc autem scriptum est in stilo ferreo, & in vngue adamantino, sculptum est super pectus cordis mei, vt mecum ad tribunal veniat, & compleatur illud quod à Christo prophetatum est: *Nihil absconsum, quod non manifestabitur, & nihil occultum, quod non palam fiet.* Nudabitur pectoris mei

Ier. 16. 20

Ier. 17. 1.

26

ἁμαρτίας μου τῆς ἡμαρτημένης ἐν τῇ ψυχῇ μου· καὶ εἰ μὴ ἰδοὺ ἡ ἁμαρτία μου γεγραμμένη μέλα-
νι, ἀπήλειφα αὐτὸν. νῦν ὁ γέγραπται ἐν σιδηρῷ γραφίῳ, γέγραπται ἐν ὄνυχι ἀδαμαντίνῳ,
γέγραπται ὑπὸ τὸ γένος τῆς καρδίας ἡμῶν, ἵνα ἔλθω ὑπὸ τὸ δικαστήριον, καὶ πληρωθῇ ἡ λέγουσα
προφητεία· οὐδὲν κρυπτὸν ὃ οὐ φανερωθήσεται, καὶ οὐδὲν κεκαλυμμένον ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσει-

conscientia & aperto corde videbuntur literæ peccatorum, quæ in stilo ferreo, in vngue adamantino sculptæ sunt. Atque ita vniversa spectantium multitudo leget in pectore meo signatas imagines peccatorum:
Rom. 2. 15. *Nihil* enim *absconsum, quod non revelabitur;*
2. Cor. 4. 5. *Et inter se invicem cogitationum accusantium sive defendentium.* Et; *Nolite ante tempus judicare, donec veniat Dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet consilia cordium.* Cui manifestabit? vtique non sibi, qui antequam fiant cuncta cognoscit: sed his qui cum illo venturi sunt, & propter puritatem mentis & corporis Agnum sequentur, ostendet delicta in corde peccatoris expressa, vt resurgant justi in gloriam, peccatores verò in opprobrium & confusionem æternam; à quibus liberet nos Deus resurgentes cum Christo Iesu, cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

A σῃ· ἐγυμνώθη μου ὁ σῆθος, καὶ ἡ καρδία ἔχουσα τὰ γράμματα ἐγγεγραμμένα τῆς ἁμαρτίας ἐν τῷ γραφίῳ τοῦ σιδήρου, τοῦ ὄνυχος τοῦ ἀδαμαντίνου, καὶ πάντες ἀναγινώσκουσιν ἐν τῷ στήθει μου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ μου τοὺς τύπους μου τῶν ἁμαρτημάτων· οὐδὲν γὰρ κρυπτὸν οὐ φανερωθήσεται· ἀλλὰ καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων, καὶ μὴ πρὸ καιροῦ τι κείνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος. ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν· τίνι φανερώσει; οὐχ ἑαυτῷ. αὐτὸς γὰρ οἶδε τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ τίνι φανερώσει; πᾶσι τοῖς μέλλουσι βλέπειν ἀφ' τοῦ αὐτοῦ καθαρότητα τοῦ ἀμόλυντον τοῦ ἡμόλυντικότος, ἵνα οἱ ἀμόλυντοι ἀναστῶσιν εἰς ἐνδιδασμὸν καὶ εἰς αἰσχύνῃ αἰώνιον. ἀφ' ὧν ῥύσεται ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων θεός,
B ἵν' εἰς δόξαν τοῦ ἐν χριστῷ ἀναστῶμεν, ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ ὁ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν·

HOMILIA XVII.

(*juxta Hieronymum IV.*)

De eo quod scriptum est:

Ieremi. 17. 11 *Clamavit perdix, congregavit quæ non peperit, faciens divitias suas non cum judicio, in medio dierum ejus derelinquent eum, & novissimis suis erit insipiens.*

ΟΜΙΛΙΑ ιζ'.

Εἰς τό.

Ἐφώνησε πέρδιξ, μάζευε τοῦ· καὶ οὐκ ἐποίησε· ἐν ἡμίσει ἡμερῶν αὐτοῦ ἐγκαταλείψουσιν αὐτόν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις αὐτοῦ ἔσται ἄφρων.

Eodem interprete.

Ieremi. 17, 12 & seq. THRONVS *gloriæ exaltatus ab initio locus, sanctificatio nostra, sustentatio Israël. Domine omnes qui te dereliquerunt confundantur decedentes, super terram scribantur, quia dereliquerunt fontem vitæ Dominum. Sana me Domine & sanabor; salvum me fac & salvus ero, quoniam gloriatio mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me, Vbi est sermo Domini? veniat. Ego autem non laboravi subsequens post te, & diem hominis non concupivi; tu scis.* Ad famosam venimus quæstionem inspicere quid sit perdix, de quo Scriptura nunc loquitur: *Clamavit perdix, congregavit quæ non peperit, faciens divitias suas, non cum judicio. In dimidio dierum ejus derelinquent eum, & in novissimis suis insipiens erit.* Ex natura volucris dignum videtur quandam historiam commemorare, vt animal cognoscentes scire possimus vtrùm ad bonam an malam partem nunc nominati perdicis intelligentiam referamus. Dicitur autem hoc esse animal malignum; fraudulentum, callidum, multumque decipiens venatores. Sæpe quippe ante pedes aucupis voluitur, & in medio ejus conatu, quasi jam apprehendendus elabitur. Prædam sui ex vicinitate promittit, & hoc agit ne ad nidum fœtuum ejus

C Ἐπὶ τὸ ἀφθόρητον ζήτημα ἐλπιζόμενον, ἰδεῖν τίς ἐστιν ὁ πέρδιξ, περὶ οὗ φησιν ἡ γραφή· ἐφώνησε πέρδιξ, συνήγαγεν ἃ οὐκ ἔτεκε, ποιῶν τὸ πλοῦτον αὐτοῦ οὐ μετὰ κρίσεως. ἐν ἡμίσει ἡμερῶν αὐτοῦ ἐγκαταλείψουσιν αὐτόν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις αὐτοῦ ἔσται ἄφρων· ἐκ τῆς περὶ φύσεως ζώων δεῖ ἀναλαβεῖν, ἵνα ἱστορήσωμεν περὶ τοῦ πέρδικος. ἵνα εἰδῶμεν τὰ περὶ ὁ ζῶον μᾶλλον ὅτι κρείττονος πέρι, νῦν ὁ λεγόμενον τὸ πέρδικα ὅτι χείρονος· λέγεται δὲ ὁ
D ζῶον εἶναι κακοηθέστατον, καὶ δόλιον, καὶ πανοῦργον, καὶ ἀπατᾶν βουλόμενον τοὺς θηρεύοντας, καὶ πολλάκις κυλιόμενον περὶ τοὺς πόδας τοῦ θηρεύοντος, ἵνα αὐτὸν περιπάσῃ, ὡς ἐγγὺς ὂν τὸ ζῶον παρὸ ὁ μὴ ἥκειν ὅτι πρὸ καλίας. καὶ νίκα ἐὰν τοιάσηται περιεπαικάναι τὸ θηρεύ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

τῷ, καὶ τὰ νεοσσὰ πεφυγάδευσεν, τότε καὶ αὐτὸς
ἀφίσταται· ἔστι δὲ τὸ ζῶον πάνυ ἀκάθαρτον,
ὥστε τοὺς ἄρρενας μονομαχεῖν πρὸς ἀλλήλους περὶ
τῆς μίξεως, καὶ ἄρρενα ἄρρενα ὑπτιάσαι· εἰ
δὲ καὶ κακόηθες, εἰ καὶ ἀκάθαρτον, εἰ καὶ πανοῦργον,
εἰ καὶ ἀπατηλὸν τοῦτο τὸ ζῷόν ἐστι, δῆλον
ὅτι πάλαι ὅτι κρείττονος αὐτοῦ, καὶ εἰπεῖν ὅτι τὴν
σωτηρίαν διώκασιν ἀναφέρεται, ἀσεβὲς εἶναι
φαίνεται· διὸ ἰδεῖν ἰδεῖν, εἰ θέλομεν, αὐτὸν ἑρμηνεύσαι ὅτι τὴν ἀσυκείμενον, εἰ ἀκολουθεῖ ἡμῖν ὅλη
τῇ ἑρμηνείᾳ· ἀρξώμεθα δὴ ἀπὸ τοῦ· ἐφώνησε πέρδιξ, συνήγαγεν ἃ οὐκ ἔτεκεν· οὐκοῦν εἰς τὸν
Ἰάβελ κτίσματα συνάγει ὁ Ζαβούλων, οὐχὶ ἃ
ἐγέννησε συνάγει, ἀλλ' ἑταῖρα φωνήσῃ, συνάγει
τὰ ἄλλα κτίσματα, καὶ ποιεῖ αὐτὸν Ἰάβελ· ἐφώνησε πέρδιξ Ἰάβελ θαλεντίνον. ἐφώνησε πέρδιξ
Ἰάβελ μαρκίωνος. ἐφώνησε Ἰάβελ βασιλείδου,
Ἰάβελ πάντων τῶν ἑτεροδόξων. οὐδεὶς γὰρ οἰκείων ἠδύνατο εἰπεῖν τῷ φωνῷ ἰησοῦ· τὰ ἐμὰ
προβατα τῆς ἐμῆς φωνῆς ἀκούουσιν· ἀλλ' ἡ φωνὴ μὲν τοῦ ἰησοῦ ἐν παύλῳ, καὶ πέτρῳ δέ ἐλεγεν ὁ παῦλος· εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ
λαλοῦντος χριστοῦ; φωνὴ καὶ τοῦ συναγαγόντος
ἃ οὐκ ἔτεκε πέρδικος ἐν τοῖς ἀπεπλανῶσι, καὶ
ἀπατῶσι δέ τὸν ἀκεραιότητα καὶ Ἰάβελ τὸ ἀποδιωκόμενον τοὺς ἀπλουστέρους τῶν πιστεύοντων· ἐφώνησεν ὃν πέρδιξ, συνήγαγεν ἃ οὐκ ἔτεκεν,
ποιῶν πλοῦτον αὐτοῦ οὐ μετὰ κρίσεως· ἐπλούτησεν
ὁ πέρδιξ. ἴδε πόσαι αὐτοῦ εἰσι μυριάδες· πολλαὶ τοῦ πέρδικος γεγόνασι τῆς δυνάμεως τῆς
ἀσυκειμένης, καὶ ἐποίησε πλοῦτον αὐτοῦ, οὐ μεμιγμένων κρίσεως, οὐδὲ κρίσιν ἔχων, ἀλλ' ἀκρίτως πρᾶττων· δεῖ λέγειν ὅτι ποῖόν ἐστιν ὁ πέρδιξ πλοῦτον αὐτοῦ οὐ μετὰ κρίσεως. ὁ δὲ ἐμὸς σωτὴρ ποιεῖ πλοῦτον αὐτοῦ μετὰ κρίσεως, καὶ κεκεμένος ἐστὶν ὁ πλοῦτος καὶ οὐκ ἐλελεγμένος· ἐν ἡμίσει δὲ ἡμερῶν αὐτοῦ ἐγκαταλείψουσιν αὐτόν. ἡμεῖς πάντες, οἱ θορυβοί ποτε ὑπὸ τὸν πέρδικα τὸν φωνήσαντα. ἐφώνησε γὰρ οὐ μόνον Ἰάβελ τοὺς προειρημένους, ἀλλὰ καὶ δέ πάντων ἀπαξαπλῶς τοὺς ἀπατῶντας. καὶ ὡς ὅτι βοστρεῖδον τὸν ἀθεότητα προκαλυμμένον ὅτι δόγματα
ἐναντία τῇ ἀληθείᾳ. ἀλλ' ἐν ἡμίσει ἡμερῶν αὐτοῦ ἐγκαταλελοίπαμεν αὐτόν· πᾶσαι μὲν γὰρ αἱ
ἡμέραι αὐτοῦ, αἱ ἡμέραι εἰσὶ τοῦ αἰῶνος τούτου·
ἐπεὶ δὲ ἐξείλατο ἡμᾶς οὐκ τοῦ αἰῶνος τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ χριστὸς ἰησοῦς, Ἰάβελ τῶν ἐν ἡμίσει
ἡμερῶν αὐτοῦ ἐγκαταλελοίπαμεν αὐτόν, καὶ ἐπ'
ἐσχάτων αὐτοῦ ἔσται ἄφρων. πότε γὰρ φρόνιμος
ἦν, ἵν' ἐπ' ἐσχάτων αὐτοῦ γένηται ἄφρων; δῆλα φησὶν ὅτι φρόνιμος ἦν· ὁ γὰρ ὁρῶν ἦν φρόνιμο-

A citus venator occurrat. Cumque jam senserit fugisse pullos suos, tunc & ipse illuso hoste discedit. Sed nequitiam ejus vincit impuritas. Ambigendum non est de eo quod dicturi sumus, quod ex ijs qui mansueti in casis nutriuntur, veritas approbat; masculus in masculum consurgit, obliviscitur sexum libido præceps, pugnatur ad coitum, & vna palma victoris est polluisse quem vicerit. Si igitur malignum, si immundum, si dolosum hoc animal est, impium videbitur ad meliorem partem hujus referre nomen,
B & ad Salvatoris nostri Iesu Christi intelligentiam temperare. Magis autem convenit mala zabulo adjungere, & super adversario lectionem intelligere præsentem: si tamen totius capituli nos secuta fuerit interpretatio. Incipiamus ergo ab eo quod scriptum est: *Clamavit perdix, congregavit quæ non peperit.* Non proprias creaturas congregat Zabulus, non ea colligit quæ ipse generavit, sed cum clamaverit alienas congregans creaturas, facit eas suas. Clamavit perdix per Valentinum, clamavit per Basilidem, per Marcionem, per omnes qui alienæ à Deo gloriæ cupiditate rapti sunt.
C Nullus enim eorum sonare poterat vocem Domini Iesu: *Meæ oves meam vocem audiunt.* Ioh. 10. 27. Sed erat vox Christi in Paulo, erat in Petro; propter quod Paulus dicebat: *An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus?* 2. Cor. 13. 3. Vox autem congregantis quæ non peperit perdicis, in illis est qui simplices quosque fidelium laqueo hæreticæ factionis impediunt: *Clamavit* itaque *perdix; congregavit quæ non peperit, facere delicias suas non cum judicio, dives factus est perdix.* Ecce ejus quanta sunt millia, ingens turba, multi sunt
D populi captivorum, & facit divitias suas non cogitans judicium, neque habens in corde justitiam, sed omnia sine lege gerens; meritò arguitur non cum judicio fecisse divitias. Meus autem Iesus facit divitias suas cum judicio. Exinanita est & deleta ejus opulentia. *In medio dierum ejus derelinquent eum.* Ier. 17. 11. Nos omnes qui quondam fuimus sub clamantis potestate perdicis. Clamavit quippe nō solum per eos quos supra memoravimus, sed per omnes generaliter, quasi ad pietatem & ad religionem vocantes, sub contrario veritati dogmate clamaverunt.
E Nos, inquam, vniversi in dimidio dierum ejus dereliquimus eum. Et omnes quidem * dies hujus sæculi; sed quia eruit nos ex instanti sæculo nequam Dominus Iesus, idcirco in medio dierum ejus derelinquimus eum. *Et novissimum ejus erit insipiens.* Ier. 17. 11. Quando autem sapiens fuit, vt novissimum ejus meritò insipiens fiat? Sed dicamus eum fuisse sapientem: *Serpens quippe sapientior* Gen. 3. 1.

* f. dies ejus, dies hujus sæculi

erat omnibus bestijs super terram, quam fecit Dominus Deus. Sapiens fitit juxta id quod scriptum est: *Adducam super sensum grandem principem Assyriorum. Dixit autem: Violentia mea faciam, & sapientia Æ intellectus auferam fines Gentium, & virtutes eorum depascam, & commovebo civitates inhabitatas.* Si quis potest intelligat quomodo novissimum ejus erit stultum. Iste ab eo quod fuit sapiens malè, sapientior erat omnibus bestijs super terram: fit è contrario, eo quod sapiens fuit, malè insipiens. Intelliges verò quid sit: *Novissimum ejus erit insipiens*, si scias quomodo etiam tibi per Apostolum præcipiatur, vt pro salute tua insipientiam recipias: *Si quis, inquit, videtur sibi sapiens esse in vobis in isto sæculo, stultus fiat.* Soluit qui ante clamavit: stultus esto & fatuus, vt sapiens fiat. Si itaque est quædam sapientia culpabilis, juxta quam filij sæculi hujus sapientiores sunt filijs lucis in generatione ista, bonus est Deus qui contrarijs diversa subvertit, vt faciat compleri id quod dictum est: *Novissimum ejus erit insipiens.* Quando novissimum ejus erit insipiens? oportet Christum regnare, vsque dum ponat omnes inimicos ejus Deus sub pedibus ejus. Cum omnia ei subjecerit, novissimus inimicus destruetur mors; cum destructa fuerit mors, tunc extrema perdicis erunt, & novissimum ejus fiet insipiens. Hæc de perdice. Principium verò capituli secundum istud lectum est: *Thronus gloriæ exaltatus ab initio locus, sanctificatio nostra, sustentatio Israël. Domine omnes qui te dereliquerunt confundantur, decedentes super terram scribantur, quia dereliquerunt fontem vitæ Dominum.* Dixit Esaias beatus Propheta videns Dominum, & regnum ejus: *Vidi Dominum Sabaoth sedentem super sedem excelsam & elevatam.* Vidit & Hieremias quomodo Deus regnat, propter quod glorificans eum ait: *Thronus gloriæ, exaltatus ab initio locus, sanctificatio nostra.* Sive de Christo volueris ista intelligere, non peccabis: sive de Patre, non impiè senties: est enim thronus gloriæ excelsus, & à principio Salvator est. Thronus gloriæ est propter quod regnum ejus, & sanctificatio nostra. E Christus est; *Quia & iste sanctificans, & nos sanctificati ex vno omnes sumus. Sustentatio Israël.* Sicut ipse justitia Christus, ipse veritas, ipse sanctificatio, similiter est ipse etiam sustentatio. Et non aliquid justum sine eo, neque patiens quod in se non habet Christum: ipse est enim sustentatio Israël. Si autem ad Patrem & hoc retuleris, non impiè intelligis. *Domine, omnes qui te derelinquunt confundantur discedentes.* Vnusquisque nostrum quando peccat, per ea quæ peccat, Christum relinquit: relinquens autem Filium, reliquit & Patrem. Injustus à justitia longè est, pollutus à sanctimonia, bellator à pace: & qui sub potesta-

Esaiæ 10. 12,13.

1.Cor.3,18.

Ierem.17.12, 13.

Esaiæ 6. 1.

Hebr. 2.11.

Ierem.17.13.

A

B

C

D

E

ϛατος παντων τῶν θηρίων τῶν ὄντων τῆς γῆς, ὧν ἐποίησε κύριος ὁ θεὸς· φεύξομαι ἐγὼ, καὶ ὃ εἰρημένον ἐν τῷ Ἠσαΐᾳ· ἐπάξω γὰρ ὅτι τὸ νῦν τὸ μέγαν τῶν ἀρχόντων τῶν Ἀσσυρίων· εἶπε γὰρ· τῇ ἰσχύϊ ποιήσω καὶ τῇ σοφίᾳ. *** Æ

ὁ χριστός ἐστιν· ὅτι γὰρ ὁ ἁγιάζων, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες. ὑπομονὴ Ἰσραήλ· ὥσπερ ἀληθινωτατόν, ἐστὶν ὁ σωτὴρ, ἀλήθεια, ἀναγκαστικὸς, ὅπως ἀνυπομονῇ. καὶ τάχα ἔστιν ὅτε δίκαιον εἰ χωρὶς χριστοῦ, ὅτε ἄμεινον χωρὶς αὐτοῦ, ὅτε ὑπαμφίβολον μὴ χριστὸν ἔχοντα. ὑπομονὴ γὰρ Ἰσραὴλ αὐτός ἐστι· κἂν καὶ ὅτι τὸν θεὸν ἀποφέρῃς, καὶ ὅτι ἀποστήσῃς· κύριε, πάντες οἱ καταλιπόντες σε καταισχυνθήτωσαν ἀφεστῶτες· ἕκαστος ἡμῶν ὅτε ἁμαρτάνει, καταλείπει τὸν θεόν· ἀδικῶν γὰρ καταλείπει τὸν θεὸν, καὶ βέβηλος γενόμενος καταλείπει ἁγιασμὸν, καὶ πολεμῶν καταλείπει εἰρήνην, καὶ ὑπὸ τῶν πολε-

μίω

μίᾳ γινόμενος καταλείπει τὴν ἀπολύτρωσιν, καὶ
ἔξω τῆς σοφίας ὢν τοῦ θεοῦ καταλείπει τὴν σο-
φίαν· πᾶσιν ὃν τοῖς καταλείπουσι τὸν θεὸν ἀφῆκεν
ὁ προφήτης, διδάσκων ἡμᾶς ὃ ἐπάθομεν αὐ-
τοῖς λέγων τό· πάντες οἱ καταλείποντές σε κα-
τασχυνθήτωσαν. ὅσον ἀφεστήκασι, τοσοῦτον ὅτι
τὸ γῆς γεγράφησαν· πάντες οὐρανοὶ γεγρα-
φόνται, οἱ μὲν ἅγιοι ἐν οὐρανῷ, οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ
ὅτι τῆς γῆς· λέγεται πρὸς τοὺς μαθητὰς ὑπὸ
τοῦ Ἰησοῦ· χαίρετε, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγρα-
πται ἐν τοῖς οὐρανοῖς· οὐκοῦν χαίρειν δεῖ, ἐὰν
τοιοῦτός τις γένηται, ἵνα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐγγεγράφη-
ται ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὡς δὲ τὸ ὄνομα τῶν ἀγίων ἐγ-
γεγράφεται ἐν τοῖς οὐρανοῖς, οὕτως τῶν πολιτευο-
μένων γήινος, τῶν δὲ πανταχοῦ πορευομένων τὴν γῆν
ἔδωμ, ἀλλὰ τοὺς ἀγροὺς τῆς ἐδὼμ ἐχόντων καὶ
τοὺς ἀμπελῶνας, γεγράφεται τὰ ὀνόματα, οἳ
καταλείποντες τὸν θεὸν ὅτι τῆς γῆς· καταισχυ-
νθήτωσαν γὰρ, φησὶν, ἀφεστηκότες, ὅτι τῆς γῆς
γεγράφησαν· καὶ γὰρ ὅ μέτρῳ μετρεῖτε, με-
τρηθήσεται ὑμῖν· ἄτιμος ἕκαστος ἑαυτῷ ὅτι τὸ
γεγράφηται. εἰ ὅτι γῆς ζητεῖς, τὸ ζητεῖς τὰ τοῦ κόσ-
μου. εἰ γὰρ ἐκεῖ σὺν ἡ ψυχὴ τὰ τῆδε πράγ-
ματα, σὺ σαυτῷ ἄτιμος γίνῃ, τὸ Ἰησοῦ λέγον-
τος· μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ὅτι τῆς
γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζουσι· καὶ ὅπου
κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσιν. ἀλλὰ θη-
σαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανοῖς· θη-
σαυρίζεις ἐν οὐρανῷ; σαυτῷ ἄτιμος εἶ τοῦτο τὸ
ὄνομά σε ἐγγεγράφεσθαι ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ταῦτα
δὲ τὸ· ὅτι τῆς γῆς γεγράφησαν. καὶ τὸν αἴ-
τιον λέγει· ὅτι ἐγκαταλέλιπον πηγὴν ζωῆς τὸν
κύριον· καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ ὁ αὐτὸς προφήτης ἔλε-
γεν οὐκ προσώπῳ τοῦ θεοῦ· ἐμὲ ἐγκατέλιπον
πηγὴν ὕδατος ζωῆς καὶ νῦν· ἐγκατέλιπον πη-
γὴν ζωῆς τὸν κύριον· εἴπωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, εἰ
τοῦ θέλειν μὴ ἐγκαταλιπεῖν πηγὴν ζωῆς τὸν
κύριον, τὸν φωνὴν τῶν γνησίων Ἰησοῦ μαθητῶν,
οὓς εἰρήκασι πρὸς τὸν διδάσκαλον εἰπόντα αὐτοῖς·
μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε πορεύεσθαι; τί ὃν εἴπωμεν;
καὶ πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα; ῥήματα ζωῆς αἰω-
νίου ἔχεις· ἐνταῦθα δὲ ἔλκει καὶ ἡ δευτέρα πρόσκοπη·
εἶπε πάλιν οὐχὶ ὅτιν, ὅπως ἴασαί με
κύριε, καὶ ἰαθήσομαι. σῶσόν με, καὶ σωθήσομαι.
ὅτι καύχημά μου σὺ εἶ· ἰδοὺ αὐτοὶ λέγουσι πρός
με· τί ἐστιν ὁ λόγος κυρίου; ἐλθέτω· ἐγὼ δὲ οὐκ
ἐκοπίασα καταχρησθεὶς ὀπίσω σου. καὶ ἡμέραν οὐ θέλω οὐκ ἐπεθύμησα, σὺ ἐπίστασαι· μόνον
τὸν ἐλευθερῶν τὰς κακῶς ἔχοντας ἰατρῷ, καὶ λέγοντι· οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰα-
τροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες, * εἰ πῶς πεπαρρησιασμένος πάντα τὸν βουλόμενον διεκπεσεῖν ἀπὸ
τοῦ νοσεῖν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· ἴασαί με κύριε, καὶ ἰαθήσομαι· εἰ δέ τις ἄλλος τοῦτο τοῦτον ἐπιγε-λ-

A te inimici esse incipit, à redemptione fit alienus; & qui extra sapientiam Dei est, sapientiam Dei derelinquit. Docens itaque nos Propheta, quid de omnibus qui Dominum deserunt, sit futurum, ait: *Universi qui te derelinquunt, confundantur discedentes*, hoc est, quantum te deserunt, confundantur discedentes. *Super terram scribantur*: Omnes homines describuntur, sancti in cœlo, peccatores super terram. Dicit ad Discipulos Iesus: *Gaudete autem quia nomina vestra scripta sunt in cœlis.* Igitur oportet lætari si talis quis fuerit, vt nomen ejus scribatur in cœlis. Et quomodo justorum nomina in superioribus conscribuntur, sic è contrario eorum qui conversantur terrenè, qui non pertranseunt terram Edom, sed agros terræ Edom, & vineas possident, scribuntur nomina quasi relinquentium Deum super terram. *Confundantur discedentes, super terram scribantur. Quo* enim *metro mensi sunt, remetietur eis ipsis.* Sibi vnusquisque caussa est, vt scribatur super terram, si non cœlestia requirat in terra, si semper anima ejus de istius mundi negotijs æstuet, quæ videntur sæculo bona. Si verò audiens Iesum loquentem: *Nolite vobis thesaurizare thesauros super terram, vbi tinea & vermes exterminant, & vbi fures effodiunt & furantur, sed thesaurizate vobis thesauros in cœlo.* Qui thesaurizaverit sibi in cœlo, ipse sibi caussa est, vt scribatur in cœlis. Hæc propter id quod scriptum est: *Super terram scribantur*; caussamque commemorat: *Quia dereliquerunt fontem vitæ Dominum.* Et in principio ipse Propheta ex persona Domini dicit: *Me dereliquerunt fontem vitæ*: & nunc: *Quia dereliquerunt fontem vitæ Dominum.* Dicamus ergo & nos, si nolumus derelinquere fontem vitæ Dominum, vocem proximorum Iesu Christi Discipulorum, qua locuti sunt ad magistrum, cum eis diceret: *Numquid & vos vultis recedere? Quid igitur dicemus? Domine ad quem ibimus? verba vitæ tu habes.* Sic finita est etiã secundi capituli circumscriptio. Sequens oratio est ista continens: *Sana me Domine, & sanabor; salvum me fac, & salvus ero, quoniam gloriatio mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me; Vbi est sermo Domini? veniat. Ego autem non laboravi subsequens post te, & diem hominis non concupivi, tu scis.* Soli qui propter malè habentes venit medico, dicenti: *Non indigent sani medico, sed male habentes*, dicendum est confidenter ab eo qui ægrotantem suam

Luc. 10.20.

Matth. 7.2.

Matth. 6.19.

Ioann. 2.13.

Iob. 6.68.

Ierem. 17. 14,15,16.

Matth. 9.12.

Luca 8.43. animam vult ſalvari: *Sana me Domine & ſanabor.* Etenim illa in Evangelio mulier ſanguinem fluens omnem ſubſtantiam ſuam expendit in medicis, nec potuit à quoquam eorum ſanari: ad nullum quippe ex eis dignum erat dici: *Sana me Domine, & ſanabor,* niſi ad ſolum cui ſufficit veſtimenti tantum fimbriam tangere, cui ego vni dicam: *Sana me Domine, & ſanabor.* Tunc ſiquidem medicinam ſanitas ſequitur, ſi Chriſtus curare dignetur: *Salvum me fac, & ſaluus ero. Falſus equus in ſalutem.* Propterea ei dicam: *Salvum me fac, & ſalvus ero.* Et hoc ita gaudebo loqui, ſi omni renuntians gloriæ ſæculari potero & reliqua dicere: *Quoniam gloria mea tu es*: aut cum complevero man-
Ierem. 9.23. datum in quo præcipitur: *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, neque fortis in virtute ſua, neque dives in divitiis; ſed in iſto glorietur qui gloriatur, intelligere & ſcire, quia ego ſum Dominus.* Beatus itaque qui renuntiaverit omni gloriæ quæ deorſum eſt, veluti ſuper nobili genere, ſuper pulchritudine & corporalibus bonis, ſuper divitijs & jactatione. Beatus qui contemta vana gloria dicit ad Dominum: *Quoniam gloriatio mea*
Ier. 17. 15, 16. *tu es. Ecce ipſi dicunt ad me; Vbi eſt ſermo Domini? veniat. Ego autem non laboravi ſubſe-*
Matth. 16. 24. *quens poſt te.* Ieſus tibi dicit: *Tolle crucem*
Luca 14.26 *tuam, & veni, ſequere me.* Et, *Qui non reliquerit patrem aut matrem, & ſecutus fuerit me, non eſt dignus meus eſſe Diſcipulus.* Si igitur talis fueris, vt ſemper Chriſtum ſequaris, quanto plus ſecutus fueris, tanto minus laborabis. Non enim laſſitudo erit in Iacob, neque apparebit dolor in Iſraël. Propterea dixit, vt non laboremus vlterius, laborantes antequam incœperimus
Matth. 11. 28. eum ſequi: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Si laborantes venerimus ad Ieſum, & eum fuerimus ſecuti, tunc dicere poterimus: *Ego autem non laboravi ſubſequens poſt te, & diem hominis non concupivi.* Eſt quædam dies hominis: eſt quædam dies Domini; ideſt, dies reſurrectionis, quam omnis ſanctus deſiderat; non illam de qua ſcriptum eſt: *Væ eis qui*
Amos 5. 18. *deſiderant diem hominis. Nam dies iſta eſt tenebræ, & non lux.* Quis eſt qui poſſit dicere: *Et diem hominis non concupivi?* Explanatio verbi convincit nos, quia diem concupiſcamus hominis. Frequenter quippe ægrotantes, cum in phantaſmate eſſe febrium

A λεῖ) τὸ τῆς ψυχῆς ἰατρεῖον, οὐκ ἀν λόγοις ἐκείνῃ ἀληθεύων· ἴασαί με κύριε, καὶ ἰαθήσομαι· καὶ γὰρ ἐκείνη ἡ αἱμορροοῦσα ἐδαπάνησε τὰ παρ' αὐτῆς πάντα εἰς τοὺς ἰατρούς, καὶ οὐκ ἴσχυεν ὑπ' οὐδενὸς αὐτῶν θεραπευθῆναι, πρὸς οὐδένα γὰρ ἐκείνων ἄξιον ἦν εἰπεῖν· ἴασαί με κύριε, καὶ ἰαθήσομαι, ἢ πρὸς μόνον, * ἀρκεῖ * ἁψασθαι τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου. λέγω δὴ πρὸς τοῦτον· ἴασαί με κύριε, καὶ ἰαθήσομαι· ἐὰν γὰρ ἰάσῃ, ὃ τέλος ἐπακολουθήσει τῇ ἐπὶ σοῦ
B ἰάσει ἡ θεραπεία, ὡς γε αὐ με σωθῆναι· ὅσον δ' αὐ σώσουσιν, οὐ σωθήσομαι μόνον δ' ἡ ἀληθοῦς σωτηρία, ἐὰν σώσῃ χριστός· ἐπεὶ τότε σωθήσομαι· ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν· ψευδὴς καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ δοκοῦντα θεοῦ εἰς σωτηρίαν. διὸ τοῦτο αὖθις εἴποιμι αὐ σῶσόν με κύριε, καὶ σωθήσομαι· καὶ λέγω τοῦτο, ἐὰν καὶ τὸ ἑξῆς δυνηθῶ λέγειν, ὃ ἀποτάξασθαι πάντι κηρύγματι, ἵνα εἴπω· ὅτι κεκύρηκά μου εἶ σύ. ἢ ὅτι πληρώσω τὸν λεγόμενον ἐντολῶν. μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν
C τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ ἰσχυρὸς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ πλούσιος ἐν τοῖς πλούτοις αὐτοῦ. ἀλλ' ἢ ἐν τούτῳ καυχάσθω ὁ καυχώμενος, τοῦ συνιέναι καὶ γινώσκειν ὅτι ἐγώ εἰμι κύριος· μακάριος οὖν ὁ ἀποταξάμενος πάσῃ τῇ κάτω καυχήσει, εἴθ' ὅτι κεκλημένῃ εὐγενείᾳ, καὶ ὅτι κάλλει, καὶ τοῖς σωματικοῖς προσόμασιν, ὅτι πλούτῳ, ὅτι δόξῃ, καὶ ἀρκούμενος μιᾷ καυχήσει, ἵνα εἴπῃ· ὅτι κεκλημένα μου εἶ σύ· ἰδοὺ αὐτοὶ λέγουσι πρὸς με· τί ἐστιν ὁ λόγος κυρίου; ἐλθέτω· ἐγὼ δ' οὐκ ἐκποιήσασα καταλαβοῦσ' ὀπίσω σου· ὁ δὲ
D σοῦ σοι λέγει· ἄρατε τὸν σταυρόν σου, καὶ ἀκολούθει μοι. καὶ ἄφες πάντα, καὶ ἀκολούθει μοι· καὶ ὅστις οὐ καταλείψει τὸν πατέρα καὶ τὸν μητέρα, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος εἶναι μαθητής· ἐὰν δὲ ἦν ἡμῖν τοιοῦτος, ὥστε πάντα ἀκολουθεῖν τοῦ ἰησοῦ, καὶ ἀκολουθήσοις, ὃ ὅσον ἀκολουθεῖς, οὐ κοπιάσεις· οὐκ ἔστι γὰρ μόχθος ἐν ἰακώβ, οὐδὲ ὀφθήσεται πόνος ἐν ἰσραήλ· οὐκ ἔστι κόπος ἀκολουθοῦντι ἰησοῦ. αὐτὸ δ' ἀκολουθεῖν ἀφελεῖν τὸν κόπον. διὸ τοῦτο αὖθις φησιν, ἵνα μηκέτι κοπιάλλῳμεν, κοπιάσαντες πρὸς τὸ ἀρξασθαι ἀπὸ ἀκολουθεῖν· δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι. κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· ἐὰν δὲ κοπιῶντες ἔλθωμεν πρὸς αὐτὸν, καὶ ἀκολουθήσωμεν αὐτῷ, ἐρῆμεν· ἐγὼ δ' οὐκ ἐκποιήσασα καταλαβοῦσ' ὀπίσω σου· τοῦτο δ' ἀκολουθοῦν ἐστιν εἰπεῖν ὑμᾶς· καὶ ὃ ἡμέραν αὐθεφόπου οὐκ ἐπεθύμησα· ἔστι τις ἡμέρα αὐθεφόπου, ἔστι τις ἡμέρα τοῦ θεοῦ· τὸν ἡμέραν δ' ἀναστάσεως τοῦ ἁγίου ὀπεθύμησά τοι ἕκαστος ἡμῶν, μὴ σκεύνῳ αὖθι ἧς γράφεται· καὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες ἡμέραν κυρίου. καὶ αὕτη ἐστὶ σκότος, καὶ ὁ φῶς· τίς ἐστιν ὁ λόγων· καὶ ἡμέραν αὐθεφόπου οὐκ ἐπεθύμησα; ἡ σαφήνεια τοῦ λόγου ἐλέγξει ἡμᾶς, ὅτι ἡμέραν * αὐθεφόπου οὐκ ἐπεθυμήσα-

* Χ. ἀν-
τιδυμῶ-
μεν.
* Χ. νοή-
σαντες
* Χ. καὶ
γὰρ ἐξόν-
τα.

μεν, πολλάκις * νοήσαντες, καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ ἀνάτου ἡγούμενοι *, τὴν ἐξόδον παρακαλοῦμεν τοὺς ὑπεσκοτωθέντας ἡμᾶς ἀδελφοὺς, καὶ φαμεν· αἰτήσαί μοι αἰῶνιον, αἰτήσαί μοι ὑπομονὴν τοῦ βίου. ταῦτα λέγοντες, οὐχ ἡμέραν ὑπεθυμοῦμεν ἁγίαν θεοῦ, ἀλλ' ἡμέραν ἀνθρώπου· ὅθεν ἀποδιδόμενοι τὸν φιλοζωίαν, καὶ ὁ ὑπεθυμοῦν ἀνθρωπίνην ἡμέραν, ζητοῦμεν τὸν ἡμέραν ἐκείνην ἰδεῖν, ἐν ᾗ τρυφῶμεν τῆς ἐν χριστῷ Ἰησοῦ μακαριότητος. ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ ὁ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

A cœperimus, & mortis limine vrgeri, ad eos qui nos visitant fratres lassas manus attollimus, orantes eos, vt pro nobis Dominum deprecentur, atque dicentes: Roga mihi aliquod vitæ spatium, roga vt aliquantisper in hac luce permaneam. Ista memorantes, non diem sanctum Domini, sed diem hominis desideramus. Quapropter longæ vitæ amore deposito, & desiderio humanæ diei, quæramus illam diem videre, in qua participes ejus beatitudinis quæ in Christo est efficiamur, cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

B

ΟΜΙΛΙΑ ιη'.

Εἰς τό·

Ὁ λόγος ὁ γενόμενος παρὰ κυρίου πρὸς ἱερεμίαν λέγων· ἀνάστηθι καὶ κατάβηθι εἰς τὸν οἶκον κεραμέως· μέχρι τοῦ· πάξαι τὴν γῆν αὐτῶν εἰς ἀφανισμόν·

HOMILIA XVIII.

in istud:

Verbum quod factum est à Domino ad Ieremiam dicens: Surge & descende in domum figuli. vsque ad illud: *Ad ponendum terram suam in desolationem.*

Ierem. 18. 1.

Ier. 18. 16.

Interprete BALTHAZARE CORDERIO.

Δύο εἰσὶν ἑξῆς ὁράσεις αἱ ἀνεγνωσμέναι ἱερεμίᾳ. ὧν ἡ μὲν πρώτη περὶ τῶν πρὸς τὸ ἐν τῇ χειρὶ κεραμέως πήλινον σκεύους, ἐὰν ὑποδέχεται μὴ τὸν συντριβὸν ἐπανόρθωσιν. εἰς πλάσασθαι γὰρ αὖθις δυνατόν ἐστιν· ἡ δὲ ἑτέρα ὄψις περὶ τῶν πρὸς τὸ ὀστρακίνον * κίνδυνος, ὃ καταχθὲν οὐκ ἔστι θεραπεία· * Χ. βικῦ
ὅτε μὲν γὰρ πήλινον ἦν, εἰ * κατεάγη, κἂν ἤδη ὀστρακίνον, μεμορφωμένον * ἦ, ἐπὶ πήλινον ἦν, ἐνεδέχετο πάλιν εἰς φύραμα δεύτερον, καὶ κτισθῆναι δεύτερον. ὅτε δὲ μὴ τὸ πήλινον γέγονεν, ἤδη ὀστρακίνον, καὶ ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἐπόμωσται, τότε οὐχ * οἷόν τε μὴ τὸν συντριβὲν τὸ ὀστρακίνον θεραπείας τυγχάνειν αὐτῷ· τί οὖν βούλεται ταῦτα; πρότερον ἐν τῇ διανοίᾳ κατανοήσωμεν. εἶτα, ἐὰν δοθῇ, καὶ λέξιν ἐξετάσωμεν· ὅσον ἐσμὲν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, μορφούμεθα, ἵν' ἅπαξ ὀνομάσω, οἷον τὸ πήλινον ἡμῶν σκεῦος κεραμευτικῶς. καὶ μορφούμεθα ἤτοι καὶ * κακίαν, ἢ καὶ ἀρετήν· πλὴν ὅτως μορφούμεθα, ὡς ὑποδέχεσθαι καὶ τὸν κακίας ἡμῶν συντριβῆναι, ἵνα γένωμεν καινὸν κτίσμα βέλτιον, καὶ τὸν προκατεῶν ἡμῶν ἀναλυθῆναι, μὴ τὸν μόρφωσιν αὐτῆς, εἰς σκεῦος πήλινον ἐπὰν ὁ μὴ τ' ἐνεστῶτα αἰῶνα ἥκωμεν πρὸς τὸν τέλειον γενόμενοι τῆς ζωῆς, ἐπειδὰν ὡς πυρωθέντες, ἤτοι ὑπὸ τοῦ πυρὸς τοῦ πεπυρωμένου τοῦ πυρὸς βελῶν, γενώμεθα * ὁ ἥπερ·

* Χ. νοή-
σαντες
* Χ. καὶ
γὰρ ἐξόν-
τα.
* Cod. Vat.
ὅτε μὲν
κτιζόμενον
* Cod. Vat.
μεμορφωμένον
* Cod. Vat.
εἶναι τε
* Cod. Vat.
κακίαν ἀρε-
τὴν

D Duæ sequuntur visiones quæ leguntur apud Ieremiam; quarum prima quidem continet ea quæ pertinent ad vas luteum in manu figuli situm, quod post contritionem suscipit emendationem; siquidem potest reformari. Altera verò visio est C de vase testaceo indurato, cujus confracti non sit remedium: quando enim luteum erat, si confringeretur, licet pridem esset efformatum, quia tamen luteum erat, denuò in massam subigi alterâ vice poterat, & secundam formam suscipere: sed quando postquam luteum fuerat, jam testaceum evaserat, & ab igne obduruerat, tunc minimè poterat post testæ contritionem illi amplius remedium adhiberi. Quid igitur hæc sibi volunt? Primùm singularem hujus intelligentiam consideremus; deinde, si licuerit, secundùm textum examinemus. Dũ D sumus in hac vita, efformamur, vt sic dicam, propter hoc luteum vas nostrum arte figulina, & formamur vel secundùm virtutem: verumtamen sic formamur, vt malitia nostra possit conteri, vt fiat nova creatura præstantior, & profectus noster, post efformationem suam, resolvi denuo possit in vas luteum: quando autem post instans sæculum ad vitæ hujus terminum per-

venerimus, deinceps igniti, sive ab igne ignitorum maligni jaculorum (quodcumque tandem nos fieri contigerit) sive à divino igne (quoniam quoque Deus noster ignis consumens est) cùm jam, inquam, facti fuerimus sive ab hoc sive ab illo igne, quidcumque fuerimus, si conteramur, sive postquam bona vasa evaserimus in salutem, sive postquam mala vasa facti fuerimus in perditionem, nequaquam cogimur, neque structura nostra tunc capax est emendationis. Quamobrem dum hic sumus quasi in manu figuli existentes, licet ceciderit vas à manibus ejus, remedium & reformationem admittit. Hæc quidem quoad magis obviũ sermonis hujus sensum, priusquam id quod reliquum est examinemus, sermone in duo vasorum genera distributo, nempe luteum, & necdum ad testam induratum, & alterum jam terram factum dicta sint. Cæterùm videamus etiam ex ipso textu quæ dicantur de luteo vase in manu figuli constituto, & quomodo ipsum etiam in Propheta verbum Dominus vaticinans in ipso, occasiones præbeat etiam alias non brevis expositionis eorum, quæ ad opus fictile in manu figuli constitutum pertinent. *Verbum quod factum est à Domino ad Ieremiam dicens: Surge, & descende in domum figuli.* Sursum est Ieremias, lutea vasa transscenderat; deorsum sunt vasa lutea, & natura quæ administrat lutea vasa, iisdem condescendens deorsum est, ideò sermo, qui dictus est ad Ieremiam à Domino, ait ipsi: *Surge, & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea.* Moysi dicitur: *Ascende in montem, & audi.* Ieremiæ dicitur: *Descende in domum figuli, & audi.* Vnusquisque enim audientium sermones vel de supernis edocetur, vel discit de inferiorbus. Docens quidem descendo sermone vt inferiora videam: si autem superiora disco, ascendo sermone ad superiora, vt quæ isthic sunt videam. Vt autem omnes, quoad fieri potest, in vobismetipsis id quod dicitur assequamini, vtar exemplo, & cùm à Scriptura, tum ab exemplo adductam quoque declarationem convenienti interpretatione proponam: *In nomine Iesu omne genu flectetur cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confitebitur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* Est porrò quædam sapientia de quolibet horum: sapientia de cælestibus, quâ ratione res cælestes ordinatæ sint: sapientia de infernis: cùm etiam sapientia Dei circa dispositionem rerum quæ sub terra sunt versetur: similiter etiam de terrestribus. Cùm

Ierem. 18. 1.

Exod. 24. 12

Philipp. 2. 10.

